Resolut: (Fig.) Quoniam in Alo Aequilatero nulla est difficultas, idem in praesenti de Isoscele & Scaleno. Sit itaque Alum Isosceles vel Scalenum BAC. Bisecentur omnia ejus latera in DEF. erunt puncta ista puncta singulorum Laterum. Arro ducatur per bisectionem DE, recta DE. quae bifariam divisa in G. dabit in G commune Centrum gravitis, rectae AB & AC. in Alo ~~Isoceno. At Alo verò Isoscelis, considerantur Latera AB & AC. in ipsis~~ Isoscelis. X Denum in G, concipiatur applicari Pondus rectis AB & AC, simul sumptis aequale, & in F, Ponatur recta BC aequale. Inveniatur ~~eodem modo~~ punctum H, quod est commune Centrum gravitis Perimetri Triangularis. X In Alo verò Scaleno, considerentur Latera AB & AC, instar Ponderum diversorum: quo proinde Centrum gravitis inveniatur magis versus numeri (seu c) ratio in G. Denum in G concipiatur



applicari &c: vid: supra. ** Sic vg: sit in Δlo Isosceles BAC, Latus AB æquale 40, Latus BC=34, GF=19, proinde FH distantia à Centro reperietur (in Fundamento Corollarii sub numero 7mo) Sic AB+AC·GF : AB+AC+BC. Seu 40+40·19 : 40+40+34. Seu 1520 : 114 = lia FH = lia 4 = 13 + 38/114.

Item in Δlo Scaleno BAC, sit Latus AB=16, AC=25, BC=30, GF=7, proinde reperitur FH sic: AB+AC·GF / AB+AC+BC. Seu 16+25·7 : 16+25+30. Seu 287 : 71 = lia FH = lia 4 + 3/71.

PROBLEMA.

Trianguli cujuscunque Centrum gravitis alio modo invenire.

Resolutio. Bisecentur Latera Δli (Fig: 1 sup:) in duas partes æquales, & ex punctis dissectionum, ducantur recta ad oppositos Angulos, punctum O, ubi recta se intersecant, erit Centrum gravitis quæsitum.

Demonstr: Quoniam enim Δla: m, r, q, p, s, n (juxta Geometr:) sunt æqualia, atque eiusmodi Δla per modum æqualium poterit considerari possunt; proinde in Centro O, quod in gyro possident, ad vicem, æquilibrari, ac proinde punctum O, Centrum gravitis existere, necesse est.

PROBLEMA.

Invenire Centrum gravitis Perimetri Figuræ irregularis cujuscunque, v.g. Pentagonæ.



Resolutio (Fig: 2) 1mo Dicentur singula Latera dati Pentagoni, in punctis F, H, G, I, K. erunt in his sectionibus Centra particularia gravitis eorum.

2do Connectatur punctum G & H, considerentur Latera AE, AB, tanquam pondera diversa, quæratur Centrum gravitis eorundem. Proinde (per Coroll: n. 7mi) erit AE·GH : AE+AB = HL. Seu 42·27 : 42+30, Seu 1134 : 72 = 15 + 54/72 = = HL; adeoque L est Communis Centrum gravitis AE & AB.

3tio Jungantur per rectam LF puncta LF, considerentur Latera EA, AE prout pronatus in puncto L, aut Latus ED, prout alter Pondus in puncto F appensum, quæratur communis Centrum gravitis eorum sic: ED·FL : ED+EA+AB = LM. hoc est distantia Pondeis AE, AB, a Centro gravitis. Seu 38·39 : 38+42+30. Seu 1444 : 110 = 13 + 14/110 = LM.

4to Jungantur puncta MI, considerentur BC, tanquam Pondus I. Jam verò BA, AE, ED, tanquam alter Pondus in M appensum, quæratur MN sic: BC·IM : AB+EA+ED+BC = MN. Seu 34·36 : 30+42+34. Seu 1224 : 144 = 8 + 32/144 = MN.

5to Jungantur puncta N & K, considerentur Latera: CB, BA, AE, ED, tanquam unum Pondus in N. Latus verò DC, tanquam alter Pondus in K appensum, & quæratur communis Centrum gravitis eorum, quod invenietur in O sic: DC·KN : AB+BC+AE+ED+DC = NO. Seu 40·32 : 30+34+42+38+40. Seu 1280 : 184 = 6 + 176/184. = MO. Erit itaque Centrum gravitis totius Perimetri Figuræ Irregularis:

PROBLEMA VI.



Datô Centrô gravitatis C, & toto Pondere Corporis A B, determinare Vires in A & B requisitas, ut Corpus datum in situ horizontali sustentent.

Resolutio. (Fig: 1) Dicatur per Regulam Auream: Ut Summa distantiarum Virium a Centro gravitatis C in A & B applicatarum, est ad ipsum Pondus Corporis AB, ita una distantia in BC, Corporis in B applicandi, est ad 4tum Terminum. Dico, hunc esse Pondus in A applicandum. Quod si tandem istud subtrahatur à toto Pondere Corporis AB, Residuum erit Pondus in B applicandum. Vg. sit Pondus Corporis AB = 300 Librarum. Distantia AC pro arbitrio assumpta = 5, & BC = 6. Erit AC + BC = 11. Hâc quoque stabit hac Proportio: 11 : 300 = 6 : Pondus A = 300 · 6 = 1800 : 11 = 163 7/11. Ac proinde Pondus B erit = 163 + 7/11.

Demonstratio. Concipiamus gravitatem Corporis AB, collectam esse in Centro gravitatis C, sive aequalem Ponderi G, ex Centro gravitatis C suspenso. Quia igitur Corpus G, sustentatur Viribus, sive Ponderibus A & B, per Hypothesim, necesse est, ut Corpora A & B, vel Pondera H & I, simul sumpta, Corpori G aequentur: adeoque illorum etiam commune Centrum gravitatis est in C, attamen diversa directione, ac diversam applicationem tendens. Quoniam igitur Pondera A & B, à Communi Centro gravitatis distant intervallo AC, & CB, erit (Erit per Corollarium numeri 7mi) AC + CB ad CB = A + B, hoc est: sicut G ad A. Quia igitur Pondus A eo majus esse debet Pondere B, quo minorem a Centro gravitatis distantiam habet, Pondera sustentantia Corpus aliquod, sunt inter se reciproce, ut eorum distantiae à Centro gravitatis. Ac proinde, si ad loca Ponderum H & I, duo Fulcra MN, & LO, item Corpus AB sustentent, gramentur etiam illa à superimposito Corpore AB in ratione reciproca distantiarum à Centro gravitatis C. Hinc est Corpus AB, eo plus gravitabit in Fulcro MN, quam in Fulcrum LO, quo vicinius est Fulcrum MN, Centrô C.

PROBLEMA VII.

Centrum gravitatis invenire.



Resolutio. (Fig: 22.) 1mo in Laminis. Imponatur circa medium axis alicujus stili, ultro citroq; moveatur, donec absque periculo casu subsistat. 2do (vel Fig: 23.) Suspendatur libere ex A, & ex puncto suspensionis demittatur perpendiculum AB, signetur linea in Lamina, per quam Perpendiculum transit. Rursum suspendatur ex C, vg. ac eodem, quo prius modo procedatur, ubi linea ista se intersecârint, erit Centrum gravitatis. 3tio Si sit Pertica longior, vel aliud Corpus regulare, imponatur Prismati Δlari, ac ubi quiescit libere, notetur linea. Idem fiat, si transversa



verdim ponatur, ubi de inteiecerint, erit quæsitum punctum. Quod idem vel in digito quis experiri poterit: cùm dic & Gladiatores punctum gravitis in gladiis inquirant.

Demonstr: Punctum gravitis ibi subsistit, ubi Corpus in partes æquè graves dividitur. Atqui, ubi tali modo manet in æquilibrio, in æque graves partes dividitur. Ergo &c. Aliter quo modo inveniatur, P. de Chales in Lib: Statica 5, 6, 7, 8, ac illius utilitatem Lib: 11. Geometr: ex Pulchino & demonstrat.

PROBLEMA I. II.

Explorare, an res aliqua à casu liberè subsistat.

Resolut. Inquiratur rei illius punctum gravitis, ex quo demittatur Perpendicularis, quæ si cadat intra Basim rei illius, & quo magis, eò securius subsistet. Demonstratio patet ex (§ 6.) Plura de hac re P. Villalpandus, Tom: 3. P. 2. L. 2. Curiosa plurima P. Chottus. in Mag. Mech. p. 40. Bettinus Tom: 4. & ca: ubi admiranda Naturæ declarantur.

Scholion 1m. Ex his, quæ de Centro gravitis dicta sunt, hactenus, omnia onera gestantium & trahentium, phænomena explicantur. 1mum. Si duo suspensum è Pertica onus gestantes, sint æquales, statura, atque in plano incedant, Pondus in medio, sive in Centro gravitis Pertica quomodocunque sit appensum, uterque æqualiter premitur.

2dum. Si verò iidem bajuli, sint quidem Staturâ æquales, & per planum incedant, sed Pondus non in medio suspensum sit, is magis premitur, qui propior est Ponderi. Unde Lectica inter duos æqualis altitudinis mulos in medio suspensa, æqualiter utrumque gravitat: si verò non fuerit in medio suspensa, plus gravatur is, qui Lectica propinquior. Equi item ad transversarium timonis (quem libram auriga appellant) funibus allegati, si æqualibus funibus junguntur, seu si æqualiter à transversario remoti sint, æqualiter onus trahendum dividunt: si verò inæqualiter alligati fuerint, plus laborat equus, qui fune breviore trahit, & transversario vicinior est.

3um. Si duo Pondus è Pertica suspensum gestantes sint inæqualis staturæ, aut non incedant per planum, Horizonti parallelum, sed per clivum montis, aut scala gradus, non premuntur æqualiter, etiam si Pondus in medio suspensum fuerit, sed magis premitur is, qui humiliori locò incedit. Cujus ratio est; quia, cùm linea Directionis Ponderis, ad Horizontem semper sit Perpendicularis, ea ad Perticam in humeris obliquè jacentem perpendicularis esse, aut eam æqualiter dividere nequit. Sed una cum Pondere vicinior est illi, qui humiliori locò est positus.

4m. Si demum pondus non sit in medio pertica suspensum, magis premitur is, cui vicinior est, si bajuli æquales sint staturâ, & in via plana incedant. Si verò unus bajulorum sit altior, vel in loco altiori positus, uterque æqualiter premitur, si Linea Directionis ponderis (licèt non in medio positi:) perticam æqualiter dividat, si secus, ille magis premitur, cui minor pars pertica, per Lineam Directionis obtingit.

Scholion 2m. Ex theoria quoque Lineæ Directionis gravitis apparet, ratio, cur Turres inclinatæ: Bononiensis & Pisana non corruant, Si illa Anno 1110, ad altitudinem 130 Pedum assurgat, & perpendiculum ex apice Turris demissum; IX Pedum intervallo à Basi recedat. Pisana verò Anno 1173. ad altitudinem 28 cubitorum extructa, vertex Cubitis 7 & ½ extra Basim protendatur. Cur item ex adverso globus plano horizontali insistens, tam facilè in omnem partem mobilis conversatur, & in Turribus enim licet perpendiculum ex apice ductum, extra Basim, perpendiculum tamen ex centro gravitis eorundem demissum,

intra

intra Basim cadit: unde tam diu illud erectus consistere necesse est, quam diu nexus partium non dissolvitur, vel Linea Directionis Terræ motu, aut alia agitatione Basim non egreditur. Globus vero, cum unico puncto planum, cui insistit, contingat, brevis etiam inclinatio sufficit, ut Linea Directionis extra Basim labat.

Scholion 3m. Eadem item doctrina explicandis motibus animalium inservit. Dum enim Homo gressum promovere constituit, & v.g. dextrum pedem in anteriora extendit, Centrum gravitatis sinistro pedi ~~insistit~~ innititur: quia vero Corpus mox sequitur, pes sinister elevari debet, ut Centrum gravitatis dextro pedi sensim imminere incipiat. Et ita deinceps in ulteriori progressu. Quam diu enim Centrum gravitatis alteri pedi incumbit, Homo extra periculum casûs consistit, cum vero neutri pedi, nec spatio inter utrumque pedem medio, quod stantibus accidit, Centrum gravitatis ad perpendiculum imminet, Hominem in eam partem prolabi necesse est, ad quam Linea Directionis propendet. Hinc, qui humeris onus aliquod gestant, corpus incurvare solent, quia enim onus tunc una cum corpore à pedibus sustentari debet, corpus ita constituendum est, ut commune centrum gravitatis inter utrumque pedem, aut supra alterutrum ad perpendiculum incumbat, quod sine corporis inclinatione haud fieri potest. Quia vero pedes, dum in lubrico consistunt, facile extra Lineam Directionis subducuntur, ideo tam frequenter accidit, ut in glacie prolabamur, nisi æqualitate debitum errori æquilibrium restituere noverimus.

Ex hoc quoque apparet, in quo consistat facultas ambulandi in fune vel trabe non admodum lata. Nempe cum in tali casu exigua planta pars, quæ funem attingit, sit Basis Corporis, Linea Directionis facilis exorbitat Basim egreditur: ut adeò difficilimum sit gressum promovere, & Centrum gravitatis intra tam arctum spatium continere. Hinc est, quod funambuli, ut Corpus facilius in æquilibrio conservent, perticam manibus gestant, gravibus undique ponderibus æquilibratam. Cum enim pondus extraneum adjicitur, cui fortasse assueti non sumus, certius illud sentimus, facilius dignoscimus, quam in partem inclinet, aut ubi sit Centrum gravitatis, quam ubi tantum Corpus nostrum ferendum est. Quadrupedia verò animalia, quia Centrum gravitatis in medio veniris situm, recta deorsum intra 4 pedes gravitat, cum progrediuntur, duobus pedibus transversim oppositis consistunt: dum interea reliqui duo in anteriora promoventur. Unde Centrum gravitatis, nunquam uni pedi innititur, nec anterioribus, aut posterioribus, vel lateralibus duobus, sed diagonaliter oppositis. In cursu tamen concitato, duos anteriores, ut plurimum pedes per altum promovent. In altu enim impetus conceptus, tam diu corpus sustentat, donec illud à reliquis pedibus denuò fulciatur. Aves item, dum in altum evehuntur, frequenti alarum agitatione, gravitatem corporis deorsum intentam, sursum propellunt, dum verò descendere libet, alas, ut plurimum contrahunt, ut corpus libere in præceps labi sinant.

Scholion 4m. Hinc quoque ratio reddi potest, multos in structura corporis animantis occurrentium v.g. cum Homo erectus stare & incedere debeat, necessarium utique fuit, ut planum per medium corporis transiens ipsum divideret in duas partes utrinque æquiponderantes. Unde partes geminatæ, æquales sunt: Aures, Oculi, Brachia cum Manibus, Crura cum Pedibus, à latere comparent. quæ verò sui similes non habent: ut Frons, Nasus, os, mentum, medium locum obtinent.

CAPUT II.

De Problematibus Staticis.

PROBLEMA I.



Fig: 24.

Stateram conficere.

Resoluti. Statera Romana est Virga ex materia solida, habens Brachia inæqualia (Fig: 24.) ex cujus breviore parte dependet pondus liberandum A. aut Laxex ex hi-

ex altera longiore pondus mobile B, quod, dum removetur, ac magis distat à suo Fulcro, eò majorem molem ponderis, ex adversa parte sustentare valet. Istud Brachium, non facile geometricè, ac simul exactè dividitur, cùm materia ipsius Vectis, non æqualis ubique pondere, aut ipse non ubique æqualiter librat. Quare melius mechanicè dividitur, tentando prius: quamam in distantia pondus assensum B = 6 lbi pondo, in qua distantia minus (si nimis minus ab Hypomochlio distet) in quâ magis (si ulteriùs removeatur.) in æquilibrio contineat; sic uno pondere B, diversi ponderis merces librari poterunt.

Demonstratio. Statera talis, est Vectis Primi Generis. Ergo sequuntur illis Leges, quæ (§ 7.) explicatæ sunt, & inferiùs declarabuntur amplius. Quod si merces majoris molis examinanda, pro Statera tali, trabs longior adhiberi ~~debet~~ potest, fulcro solido innixa, super quo hinc inde mobilis è trabe hac funibus unco instructis pondera suspensa examinantur.

PROBLEMA II.

Libram examinare, an justa sit.

Libra justa sequentes requirit proprietates: 1m. ut puncta suspensionis Lancium sint in eadem linea horizontali, cum Centro Libræ, seu Fulcro. 2m. ut eadem æqualiter à Fulcro distet. 3m. ut Brachia & Lances sint ejusdem ponderis ita; ut eadem serie Lancibus, aut iisdem permutatis, etiam servent æquilibrium. 4m. ut Libræ Brachia sint, quantum fieri potest, longa, cùm sic arcum majorem describant. 5m. Librile circa axem facile sit mobile, nec citiùs, aut faciliùs in unam partem recidat, quam aliam.

Demonstr: Si una pars sit, eo ipso punctum gravitatis non est in medio, ac proinde non servat æquilibrium cum altera parte. Sed hæ proprietates faciunt, ut sit in medio. Ergo &c.

PROBLEMA III.

Libra, licet dolosa, verum pondus mercis explorare.



Fig: 25.

Resolutio. Ponatur merx in una Lance, & exactè libretur, tum ponatur in altera, ac iterùm libretur. Pondera, quæ in diversis Lancibus diversa habuit, ducantur in se. & ex Facto educatur Radix Quadrata, quæ dat pondus genuinum. Demonstratio. (Fig: 25.) Est enim AC : BA = merx in D, ad pondus in E, & AC : BA = pondus D : mercem in E translatam (§ 16.) Ergo pondus E ad mercem, sicut merx ad pondus D: Si ergo ex Facto pondera extrahas Radicem □tam, habes verum pondus mercis.

CAPUT III.

De Problematis Vectis.

Constat ex Theoremate 4to, totam Resolutionem de usu Vectis, ex eo pendere, ut habetur Proportio Geometrica, inter ac Potentiam, cor distantia à communi Fulcro. Ea autem invenitur per Regulam Trium, tamquam ex datis tribus terminis, 4tus inveniatur. Id 4 Problematis declaratur, ita tamen, ut à pondere Vectis ipsius, omnino abscindatur. 1m. Detur pondus = 10 Libris. Distantia hujus à Fulcro = 1 pedi. Distantia Potentiæ à Fulcro = 2. Quæritur Potentia pondus in æquilibrio sustentans, quam alii vocant mortuam eo, quod nihil agat.



Resolutio: Ut 2 : 1 = 10 : 5. Erit Potentia 5 Librarum.

2do Detur Potentia = 5. hujus Distantia = 2. Distantia ponderis = 1. Quæritur pondus? Resolutio. Ut 1 : 2 = 5 : 10.

3tio Detur pondus = 10. Potentia = 5. Distantia hujus = 2. Quæritur Distantia ponderis? Resolutio: Ut 10 : 5 = 2 : 1.

4to Detur Potentia = 5, pondus = 10. hujus Distantia = 1. Quæritur Distantia Potentiæ? Resolutio. Ut 5 : 10 = 1 : 2

Problema Vectis etiam secundum pondus suum considerati.

Detur Gravitas Vectis, pundum sustentationis, seu Fulcrum, pondq cum Distantia utrusque, nimirum: ponderis & Potentiæ, quæritur Potentia sustentans (:Fig: 26:) Invento Centro gravitatis A. in quo tota gravitatis concipitur, collecta (:§.4:) dicatur: EC=1. est ad AC=2. = tota gravitas Vectis = 10, ad pondq solo Vecto sustentandum, quod erit=20. Hoc à pondere dato F=200 subtrahe, & quære Potentiam Residuo sustentando sufficituram Sic: DC=5 est ad EC=1 sicut pondus Residuum=180, est ad Potentiam, quæ erit 36.



Fig 26.

Demonstratio patet ex §.7. Pro Vecte Homodromo seu Secundi Generis, videatur Theorema 5. §.10.

PROBLEMA.

Vectem Compositum facere.

Resolutio. Est ille ex pluribus Vectibus constatus. (:Fig: 27:) Sit primus AB. cujus Fulcrum in C. alter DE, cujus Fulcr in F. 3tius GH, illius Fulcr in I. Ex hoc Vecte, Pondq H dependeat. Dum A deprimitur, attollitur D, hoc subito, deprimitur E. quod ipsum 3tium Vectem deprimit in G. ut sic Pondus in H attollatur. Sit jam AC:CB=10:1, pariter DF:FE=GI:IH (Pondq H sit 1000 Librar:) Dicatur: A·C·DF·GI est ad BC·EF·IH, sicut Pondq ad Potentiam. Repories Potentiam 1. Libra, in A applicatam Ponderi 1000 Librar, ex H suspenso, æquilibraturam. Est enim (:§ 12:)



Fig: 27.

Potentia, seu Pondus A	: Pondus D	= 1 : 10.
Pondus idem . . . D	: Pondus E	= 1 : 10.
Pondus idem . . . E	: Pondus H	= 1 : 10.
Ergo A·D· . . . E	: D·E·	H = 1 : 1000.


Fig: 28.

Hoc est dividendo Antecedens & Consequens per D·E, erit Pondq A, seu Potentia in A, ad Pondq in H, = 1 : 1000. Plura vide apud P. Chottum, in Magia Mechanica. p. 260.

Ex quibus sequitur 1mo: Si Proportio Potentiæ ad Pondq cum debitis distantiis nolit Pondq in æquilibrio sustentari eò magis poterit movere; si vel illa, vel ejus distantia major sit 2do. Non est Pondo, si ingens, quod viribus humanis denique non cedat; cum vel plures Vectes adhiberi possint, vel distantia Potentiæ suppletur defectum virium. 3tio Vecto Primi Generis, cittius Facilius aliquid moveri, quam Vecto Secundi Generis. cum [illegible] Potentiæ [illegible] quam aliquid grave [illegible]. Vide Figuras priores: 2. 3. 4. 4to. Facilitari etiam Potentiam à Fulcro, sed Hypomochlio. Nam si sit per modum Trionatis, ubique semper datur eadem distantia: et si sit Cylindrus (:Fig 29:) cum ab initio Potentia sit remotior, ipsa tamen elevatio, nedum punctum sustentationis semper magis ad manum accedit: decedet aliquid distantiæ manûs: Si sit figura 5ta, idem evenit. quæ tentanti ad oculum patent.

Denique non vat etiam dependet ab ipsa applicatione Ponderis sublevandi.

1mo. Si centrum gravitatis Ponderis, sit in ipso Vecto, semper eadem Potentia illud movere potest, sive elevando, sive deprimendo: quia attollendo non mutatur. Idem fit, si Pondus à Vecto suspensum est.

2do. Quando Centr gravitatis est supra Vectem, tum in elevatione conducit ad facilitatem. Est. Via in priore casu Centr gravitatis magis accedit, & in posteriore Linea Directionis recedit. Contrarium accidit, si sit inferius. Vide P. Schottum Encycl. 434. Etiam linea, per quam Potentia moveatur, concert aliquid, si nimirum cum Vecto semper facit Angulum Rectum: si enim Obtusum, aut Acutum: cum Vectis, vel urgeatur versus Fulcrum, vel retrahatur; eo



ipso

ipso aliquid virium deperditur. (§. 39.)

Ut singula, quæ sub hac numero dicuntur, melius intelligantur, inveniantur Figuræ.



CAPUT IV.

De Problematibus Axis in Peritrochio.

Cum Axis in Peritrochio nihil aliud sit, quam Vectis Primi Generis, ut dictum, etiam ex iis procedit Principiis. Nimirum ad tria munia: ad Fulcrum, punctum applicationis Potentiæ, & punctum applicationis Ponderis. Fulcrum est in ipso Axe Cylindri lignei, circa quem funis rotatur: aliis vocatur Tympanum Axis. §.) Semidiameter A, est distantia Ponderis; Rota Semidiameter, seu Scytale, est distia Potentiæ B. Valet igitur: ut Semidiameter Tympani = 1 ad Semidiametri Scytalæ = 8, ita Potentia 10 Librarum, ad Pondus 80 Librarum. Et sic vice versa, uti priùs de Vecte dictum est.

Axis in Peritrochio multiplex, vocantur omnes Machinæ rotatæ, seu rotis instructæ, uti sunt Horologia Plosocmata &c: & nihil sunt aliud, quam Vectis Multiplex, superiùs explicatus, & simul Perpetuus, seu, cui continuo circumagitur. Quomodo Machinæ, ad ingentia Pondera tollenda, non tantum sunt aptæ, sed & ad monstranda Tempora Cursus Lunæ, Solis aliorum Planetarum aptissimæ. Et sicut ibi Proportio invenitur, si distia Ponderis in se ducta, uti etiam Distia Potentiæ, ponantur pro terminis primis, & deinde, vel Potentia, vel Pondus, ut eruatur tertius Terminus (§. 24.) ita & hic vel Semidiametri Verticillorum, aut Diametri Rotarum, vel Peripheriæ earum, aut numerus Dentium (nam ista eandem inter se Proportionem important) similiter & Rotarum accipiuntur: Factaque inter se multiplicationis ita ponuntur, prout tertius Terminus inveniendus exigit. Quæ clariùs Sequentia Problemata docebunt.

PROBLEMA I.

Detur Pondus R 100000 Libr: Verticilla E, H. sinc etiam BC. cum eandem habeat Peripheriam) singula habeant Dentes 10. Rota Majores L, M, N. singula habeant Dentes 100. quæritur Potentia.

Resolutio (Fig: 29. N. 1.) Quære Potentiam, vi cuius, solâ Rotâ L Pondus sustentes, sicut in Peritrochio Simplici (§.) Sicut DB : AB = R : Potentiam, seu 10 : 10 = 100000 : 10000.

2dò Quære Potentiam, sicut priùs, qua mediante Rota M, 10000 Libras sustentes.

3tiò Quære iam Potentiam in K applicandam, quæ 10000 Libras sustineas. Dic: KH : IH, sed 100 : 10 = 1000 : 100. Ergo Potentia 100 Librarum sustinebit Pondus 100000 ope trium Rotarum.

Vel operare, ut (§.) Multiplica Semidiametros Verticillorum inter se, tum Rotarum inter se: quante Facta dabunt rationem Potentiæ ad Pondus. Sit enim IH = 1, EF = 2, AB = 3, KH = 6, GE = 2, DB = 12, Pondus R = 10000. Stabit Proportio: 576 : 6 = 10000 : 104 + 1/6. quæ erit Potentia in K applicanda. N. B. Loco Rotæ N, a Manubrium communiter adhibetur P.O. (Fig. 29 N. 2.) Ac tum PO Semidiametri Rotæ N, vices aget in operando.



Fig: 29 N. 1.

PROBLEMA II.

Detur Pondus & Potentia, quæritur Machina illud sublevans: seu quot Rotæ requirantur, & qualis earum Proportio?

Resolutio. Sit Pondus = 6000, Potentia = 30. Quantitas Ponderis dividatur per Potentiam, erit Quotus = 200. Hic numer-

numerq resolvatur in suos Factores. V.G. 5.5=25. 8=200. Si igitur Verticilla sint 8 Digiti: Manubrium PO=5, Rota M Semidiameter=5, Rota L=8, erit Machina sufficiens, applicata Potentia=30 Libr:, sustentare Pondq=6000. Libr: Est enim Potentia ad Pondq, sicut Factum è Semidiametris Verticillorum, ad Factum è Semidiametris Rotarum, hoc est 30 : 6000 = 1 : 200 (:§.)

PROBLEMA III.

Fig: 29. N. 2.

Detur Peripheria Rota ac separatus Axis: invenire, quoties Axis circumvagatur? donec Rota semel.

Resolutio. 1mo. Si sit unum Tympanum, sive Axis FD, & una Rota L, dividatur per numer Dentium in Axe FD=6, numerq Dentium in Rota L=60, Quotq erit numerq revolutionum Axis=10. quod per se patet.

2do. Si plures Rota (Fig: 29. N. 1.) numerq Dentium Rota L, vel quantae Peripheria, aut Semidiametri dividatur per numer Dentium, vel Peripheria, vel Semidiametri Tympani E, Quotq dabit, quoties M gyretur, dum L semel circumvolvitur. Toties enim interea gyrabitur M; quoties Axis E, cui affixa est Rota M, continetur in L. Pari ratione numerq Dentium in M, dividatur per numer Dentium in Axe H. Quotq dabit, quoties gyretur N, vel Manubrium P.O. (Fig: 29. N. 2.) dum M gyratur semel. Sint Dentes in E, item in H 10, in Rota L, item in M 100. Ergo M gyrabitur 10, dum L semel. & N gyrabitur 10, dum M semel. Hinc quare quoties gyrabitur N, dum M gyrabitur 10? hoc modo; 1 : 10 = 10 : 100. Ergo N gyrabitur centies, dum M gyrabitur decies. hoc est: dum L gyratur semel.

PROBLEMA IV.

Detur numerus, quoties Rota velocissima circumagi deseat, donec tardissima semel: quaerere numerum Rotarum ac Dentium, tum in Tympanis, tum in Rotis.

Resolutio. Numerq Rotae velocissimae conveniens v.g. 100, dispergatur in Factores, v.g. 10 & 10. Requirentur igitur duae Rota L & M, & duae Axes dentti E & H, quorum, si quilibet habeat 10 Dentes, L & M habebunt singulae 100 (:§. 23.). Rota 3tia N, cui Potentia applicatur, nullos Dentes in tertio debet. cum Dentes ejus ad Pondus levandum hic & nunc nihil conferent, sed 4ti H, Potentia pro commodiore applicanda. Cum ex his omnes Artificium Horologior. dictq Machinar mirabilium dependeat; plura eae pulcherrima ac utilissima problemata afferri possent, quae tamen ratio brevitatis, omittere cogit.

CAPUT V.

De Problematibus Trochlea, Cochlea ac Cunei.

PROBLEMA I.

Detur Pondus & Potentia, invenire Orbiculos ad tollendum.

Resolutio. Sit Pondus=2000. Potentia=400. Dividatur 1mum per 2dum, erit Quotq=5. Tot ergo Rotula adhibenda dicunt, seu totidem funium series, ut Ponderi Potentia respondeat.

PROBLEMA II.

Dato Pondere & funibus, vel orbiculis, invenire Potentiam.

Resolutio. Per numer funium, vel Orbiculor=5, dividatur Pondq=2000. Quotq dat Potentiam=400. Est enim Potentia ad Pondq, sicut 1us ad nur funium Quia Pondq eos aequaliter extendit: hic per eos aequaliter dividit.

PRO=

PROBLEMA III.

Detur Potentia & funes, quærere Pondus.

Resolutio. Per numerum funium multiplicetur Potentia, Factum erit Pondus. Vid. P. de Chales Tom. 2.

PROBLEMA I

COCHLEÆ.

Detur Potentia & Pondus, inquirere divisionem Cochleæ.

Resolutio. Sit Pondus = 250. Potentia = 25. Altitudinem Cochleæ, si assumas = 2, stabit proportio: 25 : 250 = 2 : 20. (§. 14) Erit ergo 20, Peripheria Cylindri, cujus Diameter sic eruitur per Geometriam: 22 : 7 = 20 : 6 $\frac{8}{22}$.

PROBLEMA II.

Detur Pondus = 6000, & Potentia = 100, assumpta distantia Helicum = 1, & Cochleæ Diametro = 4, invenire longitudinem Vectis, quo instar Manubrii uti vis ad Pondus tollendum.

Resolutio. Fiat 100 : 6000 = 1 : 60: qui numerus erit Circumferentia, quam Vectis percurret. Hinc ut prius fiat: 22 : 7 = 60 : 19 $\frac{1}{22}$. Ubi 19 $\frac{1}{22}$ Diameter Peripheriæ prioris: cujus dimidium, erit ipse Vectis.

PROBLEMA III.

Detur Potentia = 10, huius distantia = 24. altitudo Helicis = 2: invenire Pondus.

Resolutio. Ut 2 : 24 = 10 : 120, nempe ad Pondus.

PROBLEMA COCHLEÆ PERPETUÆ.

Detur in Rota Dentes 50: Radius Axis EC unius Digiti: Manubrium AB sit 5 Digitorum: Potentia = 10. quærere Pondus.

Resolutio. (Fig. 11. vid. p. 2 hic Mech.) Dic: Spatium Potentiæ, est ex Spatium Ponderis, sicut Pondus ad Potentiam (§. 14) Spatium vero Potentiæ, est ex Peripheria à Manubrio AB descripta multiplicata per numerum Dentium Rotæ F. Ut enim revolutio Manubrii, uno pressu Dente Rotam promovet. Spatium Ponderis D, est Peripheria Axis E C, quam dum Pondus describit semel, debet tota Rota F. circumagi, nimirum, quot in ea Dentes, toties Manubrium circumvolvitur. Erit ergo 1 : 50 · 6 : 10 : 3000 Pari modo quæritur Potentia, longitudo Manubrii, numerus Dentium, modo terminii debitè in proportione collocentur. Vide atur P. Schottus in Magia Mech. P. 1. c. 5. de Mechanicis.

Pari modo quæritur Potentia, longitudo Manubrii & ca (sequendo §. 14.) Nemoe invenitur Potentia dicendo: Ut Spatium Potentiæ ad Spatium Ponderis: ita Pondus ad Potentiam. Vel in proposito exemplo: 5 · 6 : 1 = 3000 : 10. Numerus vero Dentium & longitudo Manubrii invenitur, si Pondus dividatur per Potentiam. Quod autem proveniens discerpatur in Factores: et unus dabit longitudinem Manubrii, alter numerum Dentium. Sic in proposito exemplo: 3000 : 10 = 300: hæc discerpta in Factores, scilicet 50 & 6, dant numerum Dentium 50, & longitudinem Manubrii 6. Vel aliter, & exactius quidem (nam inde etiam patet immediata operationis) si non: ne dicatur: Ut Potentia ad Pondus, ita Spatium Ponderis, ad Spatium Potentiæ: nocet in nostro exemplo: 3000 = 1 : 300. Quoniam ergo in proposito ter Spatium Potentiæ intelligitur in longitudine Manubrii & numero Dentium Rotæ, utique si 300, discerpantur in Factores: 50 & 6, prior numerus Dentium, posterior dabit longitudinem Manubrii.

Problemata Cunei quotidiadie occurrunt: cum illi, ut ut, in Cuneis, Malleis, Clavis, Lignis, et omnis generis instrumentis quotidianis in usu sit: quæ quo acutiora, et melius ac citius effectum dare præstant. Sed omnium densitas & planitiem, non ita nota est, ut gravitas; sine certa Regula affari nequit. Communiter hæc statuitur Proportio: (Fig. 12.) Vis se habet ad resistentiam, sicut DE Spatium resistentiæ, ad EC, Spatium Potentiæ. Sed: ut AB : BC.

CAPUT VI.

38. De variis Machinarum generibus: de Potentiis, in iis adhiberi solitis, ac earum impedimentis.

Cum Machinæ finis sit, adjuvare Potentias, ut facilius operentur, ingenium humanum varia excogitavit Instrumenta, quæ Machinæ vocant, quibus in suam utilitatem convertit humani utitur. Sic ex Vectibus 1mi, aut 2di Generis, componuntur Forfices, Forcipes, Mollei &c. Item Navis cum Remis, Malo cum cornibus, aut Basis &c. Ad Axem in Peritrochio pertinent varia Machinæ, quibus tum Potentia animata, ut Homo, animal; tum inanimata, ut Ventus, aqua, aër, ignis, applicantur: ubi vel circumagendo, vel promovendo, trahendo, deorsum trudendo, &c: moles agunturæ. Quid Aqua & Aër possit, ostendunt Machinæ variigeneris, de quibus, oltra P. Schotto, de Lanis, de Thales libro citto.

39. Vel quamvis vis Potentiæ ad Pondus proportionalem ex prioribus demonstretur, inveniunt tamen aliqua, quæ impedimenta, vim min. Potentiæ ita ut. Sunt autem 1mi, Si Pondus & Potentia non ad Angulum Rectum applicantur Circulus.

Demonstratio. (Fig: 30) Tunc Potentia major est, & vincet vim Ponderis quando ductus major Proportio dictæ: Aliqui hæc datur, si applicetur ad Illum Rectum. Sin si Linea Directionis sit DE, erit linea distantiæ a Fulcro CD: at si Linea Directionis DF, erit distantia tantum CF. Et ita ita: et major. Ergo &c: Cit autem Linea Dictæ, ima vero ad illustrandam Lineam Directionis auctæ. et CD, CF. Eximum idem, ac si in D, extrahit applicatur.

40. Alia impedimenta sunt in ipsis Machinis: Nam cum nulla materia ita levigari possit, ut nihil asperitatis remaneat; eo ipso per frictionem inoleitur, quo ming Potentia accedenda est. Huic accedit gravitas. Nam quo omnes gravium; eo magis aperiuntur partes Machinæ, ac eo ipso difficilius movetur. Primum per inæqualem minutiam unctione ex oleo, ut cerae, ac ipsa denuo repetita unctione; quæ partes extantes, magis aterunt. Secundum melioro Potentia applicatione; id est: remotiore. Medium pro gravioribus Ponderibus, v.g: Campana movenda &c: aliud affert Cassato L. 2. c. 1. a Mech. p. 130.



Quæ duo hoc Numero (283) de Instrumentis ex Vecte compositis dicuntur, facilius omnia intelligentur, si similiter vulgaris traxis ac Instrumentorum a Vecte in examen vocaverimus. Et quidem 1mum ex Vecte Heterodromo patet; unde nam ea vis oriatur, quam pro decandis corporibus, in Forficibus experimur. Et enim in Forfice ABD. (Fig:) Duplex Vectis 1mi Generis: nempe ADn. BDm. qui circa axiculum D, pertinet ad ea Fulcrum a Potentia extremis partibus Brachiorum AD, BD applicata movetur semicirculi, corpus a mutuo vicinia m & a intercisuum.

Ex dictis itaque de Vecte manifesta res est: cur corpus apprime etiam resistens, valeat ab exigua potentia, Forficum ope facile secari: imo & eo facilius, ut quo longiora fuerint AB, BD, quibus applicatur Potentia, tum, quo Axiculo D, Corpus scandendum proximius fuerit. Eodem modo explicatur vis Forcipum.

2di. Ex Vecte itidem 1mi Generis, sed Inflexo, desumitur ratio; cur ope Mallei clavi Tabula infixi, facillime evellantur. Extensus enim est Malleum Aa (Fig:) ex de veluti Vectem Inflexum, cuius Fulcrum, est punctum a, in quo Tabula BD, ab Malleo premitur. Hinc dicum eo facilius evellit, quo longius est Mallei Manubrium Aa. tum, quo clavus e, puncto a proximior fuerit. Quo longius enim est Manubrium, eo magis Potentia distat a Fulcro, & quo clavus e proximior est puncto a, eo minor est distantia, quam habet corpus resistens.



3tio Cur facile frangatur baculus, si utroque illius extremo manibus apprehenso, ejus medium genibus applicetur.

tio redditur: quia tunc baculo duo Vectes 1mi Generis constituit in m, n, duo genuum puncta: patet Potentiam haberi in duobus extremis baculi punctis A D, resistentiam in B, & Fulcra in m & n. Unde fitur est necessario, ut baculo facilius frangatur, quò illius partes A m, D n, longiores fuerint.



Fig: N.

4tò. Eadem ratio est: cur, ut faciliùs frangatur baculus, alter illius extremum manu teneamus, alter apicetur Terra, & circa medium cum impetu pes applicatur.

5tò. Ex Vecte 2di Generis desumitur ratio: cur, ut clavis circa dur axiculum revolvatur facile, baculum in illius armillam inseramus. Evidens enim (Fig: N.) dum à Potentia, extremis A & B, applicata baculo revolvitur; illum moveri circa punctum immobile a, atque in hoc vinci resistentiam, quam sine baculo vinci non poterat. Habetur ergo veluti duplex Vectis A a, B a, in utroque utroque resistentia medium locum tenet, inter Fulcr. a, & Potentiam, extremis A B, applicatam. Unde etiam apparet, eo faciliùs Clavim revolvi, quo inserti baculi partes A a, B x, fuerint longiores.



6tò. Patet etiam, cur tanta sit Remor vis, in Navibus promovendis. Putabant quidem Antiqui Remum esse Vectem 1mi Generis, observabant Aquam habere rationem Ponderis, & Scalmum, cui alligatur Remus, rationem Hypomochlii. Verò Recentiores (et meliùs quidem:) arbitrantur Remum esse Vectem 2di Generis. Aqua enim innititur Remus, & Navis promovetur. Unde hic est Pondus, & illa Fulcr. Hinc faciliùs movetur Navis, tum quò magis Remigans à Scalmo, tum, quò minus Scalmo ab Aqua remotus facit.

7mò. Ex eodem Principio explicatur, cur velociùs movetur Navis, quò (ceteris paribus:) sublimior fuerit Antenna in Malo. Malus enim est Vectis 2di Generis. Nam Ventus, Velum impellens, est Potentia, Navis Pondus, ima Navis pars, cui Malus adhaeret, est Hypomochlium.

CAPUT VII.

De Problematibus, ex prioribus deductis.

PROBLEMA I.

De Centro Gravitis, et Linea Directionis.

Ponderi, si ex ea parte, qua cadit, pondus novum addatur, non tantum non cadit, sed attollitur.

Imponatur clavis ita Mensæ, ut ob pondus decidere debere: si filum ferreum, in angulum obliquum incurvatum immittas, ac pondus validum appendas inferiùs, subsistit, imò, si magis inflectas, attollitur.



Fig: 31.

Demonstr: (Fig: 31.) Linea Directionis, quæ per Centr. gravitis transit AB, cadit intra Mensam. Ergò non potest Pondus cadere. Plura P. Bettin. Tom: 4.

2dò. Ingens pondus sola pertica suspendi potest ex Margine Mensæ. Nam, cum ipsa longitudo pertica augeat pondus; Centrum gravitis, erit intra Mensam.

3tiò. Facere, ut Puer & Vir, onus ferant æqualiter. Si nimir proportionatim suspendatur, ut à Puero magis distet, quantum illius imbecillitas exigit, magis appropinquet Viro &c.

4tò. Sic locare pondus parvum, ut ne Vir quidem valeat ferendo par, sit. Si nimir perticam humero imponitam, manu penes humer teneat ac onus longius distit. Plura de motu hominis, Animalium, Partium incurvatur.

P. Schottus. Mag: p. 3. Lib: 1. pag. 62. & cæ.

II. Sit Vir robusto, qui valeat supportare Lib: 100. & Puer, qui tantummodo 20. proinde dividatur ver-
tica in distantias inæquales ita, ut distantia minor ad majorem se habeat, sicut 20. ad 100. seu, sicut 1. ad
5. & in eo divisionis pondo appendatur Pondo, cadatq; pars pertica Puero, brevior autem Viro. Fiet, ut Vir
gravetur, sicut 100. Puer vero sicut 20. seu Vir, ut 5, Puer vero ut 1. Utrique, juxta virium proportio-
nem. Cujus ratio ulterior: quia in eo casu Vir ratione Pueri, & Puer ratione Viri habet rationem Hypomo-
chlii. Unde pro Puero Analogia: 6:1 = 200:20. Pro Viro autem 6:5 = 120 ad 100. Debeant vires utriusque
totum Pondo æquare.

De Vectis Potentia.

42. Vectis Potentia nullum non Pondo movere potest: potest, si dicemodo sit de Vecte 1mi, & 2di Generis. Hinc
non minium, quod Archimedes petit: Da locum, ubi subsistam, & Terram movebo. Videatur P. de Lanis
Tom. 1. Tract: 2. c. 3. n. 3. quam rem magis explicat Bettinus loco citato. Ceterum: 2. P. Schottus Mag: P. 3. pag. 2. &c.

Quæres. Quemodo verum sit, grave descendendo ascendere?

Rt: Id ad oculum demonstrari per Cochleam Archimedis. ubi Cylindri solidi in
excavata circumponentur, uti & Cono, juxta Bettinum. Sicenim inferius, ut
globuli, vel Aqua subintrent eiusmodi cavitas, dumver descendendo ita excavantur,
ut tandem superius sursum prosiliant, aut Aqua effluat. Vide Fig: 32.



Quæres. An sit possibile Motum Perpetuum? seu tali Machina, quæ
ex Naturali & Artificiali Motu, Motum continuum exercere queat?

Rt. Veteres quidem hucusque excogitasse Machinas, quæ tales Motum tenta-
rent, ultimi ad tempora longiora protraherent, uti videre est apud de Lanis Tomi.
Tract: 3. c. 3. pag: 510. & seqq. In P. Senoti Machina Hydraulico-Pneumatica
Part: 2. Class: 2. Mach: 13. &c. Item Magia P. 3. L. 1. Erotemate 14. affert mentem
P. Scheiner, a Ricciolo & Bettino examinatam. ubi concludit, Naturæ et artem
non repugnare. Plura etiam P. de Schales Tom. 3.

Quæres: Quid re vera Mechanica per Machinas præstare possit?

Rt: In Urbi & Orbi palam esse, in ingenti illo Obeliscо Romæ, sub Sixto V. Pontifice. erecto. Describit
illum Illius erectionem P. Kircherg, & ex hoc, in compendio Schottus. P. 3. L. 3. c. 5. Pondo illig erat Librar
256148. Armatura verò 50000. stetit ope 40 Ergatar, Equor 80. Hominum 900, dirigente omnia,
Fonseca Artifice.

Fig. 31. N. 1

APPENDIX

De Motu in Genere & in Specie.

Cum Materia de Motu modernis temporibus sit celeberrima, ac vix non totam Neoterorum mirum patam
complecat opera pretium duximus fundamenta præcipua Motus in Genere ac in Specie afferre, quibus Motus
Mathematicè demonstratur. cum ingenti lucem Physicis universim ac particulatim aperat.

CAPUT I.

De Motu in Genere.

43. Motus, alter est Accelerata, alter Retardata: ille, cujus Celeritas continenter crescit, hic, cujus Celeritas conti-
nenter decrescit

THEOREMA I.

Gravia dum descendunt, Motum suum accelerant.

Demonstratio. constat ab experientia, ac ejus necessitas ostenditur à P. de Chales Stat: pag: 284. Esset enim alias incredibilis tarditas, ita, ut Corpus decidens per spatium 16 $\frac{1}{70}$ indigeret Annis 5322381.

THEOREMA II.

99. Velocitates se habent, ut tempora per se: Spatia verò, ut □ta temporum.

Demonstr: quo ad 1um, Quando quæritur an Corpus unum celeriùs cadat, currat, &c: quàm alter, quæritur, quantum temporis insumpserint. eg. primum unum instans, alterum tria intra idem spatium. Et ideo dicitur 1um ter velocius 2dò decidisse, &c. Ergo Velocitates, se habent, ut tempora. Quoad 2dum. Detur Triangulum Rectangulum (Fig. 33) cujus Latus unum, seu Altitudo tempus repræsentat: Basis verò Altitudini æqualis celeritates. Donantur Lineæ parallelæ ad Basim ex Altitudine ductæ, in distantiis infinitè propè minimis (uti dictum in Resolutione Circuli in mera Δla Geomet: n. 653) his positis, & quomodò parallelæ efficiunt Trapezia omnino minima: quorum area erunt, ut Factum ex duplicata ratione Celeritatum in Altitudinem, seu tempus: pro quibus accipiantur lineæ. Ergo, cùm ex Geomet: § 62. constet, spatia esse, ut □ta Latus nomologor, Spatia erunt, ut □ta temporum per Lineas repræsentatorum. NB. Loco horum ab isto Cap: 1o præmissorum: imò omnium dicto Cap. ab Authore extractatorum, suadent poni sequentia, usque ad Cap. 2.

DEFINITIONES.

I. Vis illa, quæ Corpus ad motum impellit, dicitur vis motrix, quæ in Vivam & Mortuam dividitur. Viva est, quæ cum actuali Corporis motu conjungitur, & singulis momentis, novos impetus Corpori moto suppeditat: qualis est v.g. in globo cadente. Mortua verò, quæ ad motum producendum solum tendit, seu; quæ in solo conatu ad motum consistit. Talis est ut: in globo è filo suspenso, vel è latere tenso, quod se in pristinam figuram restituere conat.

II. Motus, est continua loci mutatio. Moveri enim Corpus dicimus; si aliis, atque aliis succedendo corporibus quiescentibus, aut ejusdem Corporis quiescentis partibus sit contiguum.

III. Motus, quo totum Corpus, ex uno in alium locum succedendo movetur, Motus Translationis dicitur: quando verò alia atque alia Corporis partes, alteri Corporis quiescentis fiunt contiguæ, ut v.g. quando globus circa suum axem movetur, Motus Vertiginis appellatur.

IV. Celeritas est ille Motûs vigor, à vi motrice Corpori communicatus, quo illud astum redditur ad determinatum spatium determinato tempore percurrendum.

V. Quantitas Motûs, est Factum ex Celeritate in Molem. Vide etiam hic Partial. Cap. Def: 10.

VI. Motus Æquabilis est, quo motum eadem celeritate constanter fertur, ac eo ipso, æqualibus temporibus, æqualia conficit spatia. Motus Accelerati est, cujus celeritas continuò crescit. Et uniformiter Accelerati est, cui æqualibus temporibus æqualia accedunt celeritatis incrementa. Retardati est, cujus celeritas continuò decrescit. Et uniformiter Retardati, qui æqualibus temporibus, æqualia celeritatis obtinet decrementa. Vide pag: Textus cum Def: 9.

THEOREMA.

In Motu Æquabili spatia à mobili descripta, sunt ut tempora.

Demonstr: Quoniam in Motu Æquabili, mobile constanter eadem celeritte movetur Tempore T. describit Spatium S. & dato æquali Tempore T, Spatium quoque æquale S. percurret: adeoque Tempore 2plo, dato T, describet Spatium 2plum 2S. Imo quocunque Tempore multiplici, vel submultiplici MT. Spatium multiplum, aut submultiplum NS. Sed S ad NS, sicut T ad NT. Igitur Spatia à mobili Motu Æquabili descripta, sunt, ut Tempora.

THEOREMA.

Si duo mobilia eadem celeritte & Motu ferantur Æquabili, Spatia ab illis descripta, sunt, ut Tempora.

Demonstr: Si enim Mobile A, Tempore T, percurrit Spatium S, etiam Mobile B, quod ex hypothesi eadem celeritte Motu fertur Æquabili, eodem Tempore T, æquale Spatium S percurrit. Et idem Mobile B, si eadem celeritte Tempore longiore T, movetur, longius quoque Spatium S describet: erit ergo tum S ad S = T : T. hoc est Spatia erunt ut Tempora. Quare, cum etiam à Mobili A, Tempore T, Spatium S, fuerit descriptum, erunt quoque Spatia à Mobilibus A & B descripta, ut Tempora.

Corollarium. Si igitur duo Corpora Motu Æquabili ferantur, Spatium ab illo Corpore descriptum, erit 2plum, 3plum &c. alterius, quod 2plo, 3plo longiori Tempore movetur.

THEOREMA.

Si duo Mobilia diversa celeritte moveantur, Spatia ab iisdem eodem Tempore Motu Æquabili descripta, sunt, ut celeritates.

Demonstr: Si enim Mobile A, Tempore T, celeritte C, Spatium S, describit, idem Mobile A, Tempore T. celeritte 2pla, 3pla, aut alia quacunque multiplici NC. Spatium 2plum, 3plum, aut aliud quodcunque multiplum NS. percurret. Sunt ergo Spatia, ut Celeritates. hoc est; S : NS = C : NC. Quare, cum etiam Mobile B, eodem Tempore T, celeritte majore C, percurret Spatium majus, ex hypothesi, erit quoque S : S = C : C. Q.E.D.

Corollar: Quia in Motu uniformiter accelerato, idem Mobile ob novos impetus à vi motrice, identidem sibi communicatos, æqualibus temporibus diverse mouetur; etiam Spatia à Mobili uniformiter accelerato descripta, erunt, ut Celeritates.

THEOREMA.

Gravia dum descendunt, Motum suum accelerant. Vid: idem superius (§ 43.)

Demonstratio valet ab experientia. 1mo. Si demittatur globus, ex altitudine 10 pedum, in pelvim ferream; id solum edet dat omnino, sed multo clariorem, si in eadem pelvim, ex altitudine 30 decidit. Idem lapidem ex altitudine non admodum magna cadentem, citra negotium manu excipiunt, at verò eundem ex majore intervallo ruentem, si quis interposita manu tentaret, suam is temeritatem certò certius distracti Digitorum articulis, luceret. 2dò Globus ignes ab excusa altitudine in discum stilitem innocuè illabitur: at verò, si altius decederit, eundem disperdit fragmentis conteret. 3tiò Grave Corpus, supra unam Libra Lancem, ex aëre libere demissum, eò majori pondere in altera Lance quiescenti elevando sufficiens est, quò ex altiori loco in illam demittitur. ac proinde eo majorem Motus quantitatem accipit, quo major est altitudo, ex qua deiicitur. Porro quantitas Motus, hicce in duorum additis exemplis, non oritur ex Massa, cum in singulorum ejusmodi Corporum, Massa semper sit eadem. Ergo erit ex Celeritte, sive ex novo, per impetu, per descensum acquisito.

THEOREMA.

Gravia libere descendendo Motum suum uniformiter accelerant, & quidem juxta Progressionem Arithmeticam Numerorum imparium.

Demonstratio. Dum Corpus descensum inchoat, gravitas in primo instanti sensibili succedendo producit impetum, qui

qui cum sub initium istius 1mi instantis nondum sit completus, sed modo primum sub finem illius completur; corpus movebit ut per 1. pedem. Porro, quo nunc hic impetus sub initium 2di instantis est completus, & perseverat, corpus ab hoc ipso impetu in 2do instanti per duos pedes promovebitur. Certum enim est, quod impetus, 1 succedendo productus, & motum vg. unius pedis efficiens, intra idem tempus confecisset 2plum spatium, sive duos pedes, si statim ab initio totus extitisset, eo, quod causa, qua dum producit effectum, singulis momentis æquabiliter augitur, 2plo plus effectus producat, si statim ab initio producat & servet totum hoc augmentum. Virtus quippe causa succedendo nonnisi majorem effectum producere vult. Igitur Virtus causa completa, & cum omni statim conatu agens, producet effectum plenum, (& cæteris paribus) sibi pro singulis instantibus constantem. Quia item in hoc 2do instanti gravitas, tanquam causa necessaria, dum succedendo producit novum impetum, qui primum sub finem huius instantis 2di completur, corpus per hunc impetum movebitur adhuc per unum pedem: ideoque instanti completo conficiet 2 pedes. Tandem sub initium 3tii instantis, adsunt jam duo impetus completi & perseverantes (: utpote, cum corpus semel motum, tandiu movari pergat, donec ab externa causa impediatur:) qui duo impetus promovent corpus, per 4 pedes. (eo ipso enim, quia uterque impetus, statim ab initio integer & completus existit, juxta superius dicta; 2plus utrique correspondet effectus:) eumdemque, ut vis à gravitate 3tii succedendo accedit impetus, sub finem 3tii instantis, movens adhuc per 1 pedem: ac proinde minuto 3tii, corpus grave 5 pedes peragrabit. Deinde sub initium 4ti minuti habentur 3 impetus completi, ex motu prioris instantis remanentes, quibus quoniam competunt effectus 2plo; dicti 3 impetus movebunt corpus per 6 pedes. Et quia ibidem gravitas pro more suo, succedendo sub finem 4ti instantis, suum impetum complet, proinde à corpore in motu existente conficientur 7 pedes. Atque ita deinceps, ut collectio acquisitæ impetus perseverantis, tum gradus novus à gravitate addi solitus, motum augebunt, ut excessus post unitem semper æqualis binario deprehendatur: quem binarium in sequenti instanti semper continuo efficit impetus, in instanti præcedenti succedendo à gravitate productus. ac proinde Motus fit uniformiter accelerata, & quidem juxta progressionem Arithmeticam Numerorum imparium: 1. 3. 5. 7. &c.



Fig: N.

Demonstratio 2da. Sit Δlum BAC. (Fig: N.) cujus Latus AB, in 4 partes æquales distinctum, designet æquales temporis partes, quibus durat corporis Motus. Lineæ autem de, 2fg. 3hi, Basi BC, parallelæ, repræsentent celeritates temporibus suis proportionales (: certum quippe est ex Geometria:). Supponamus jam, quod Corpus grave, ex puncto quietis A descendens, [illegible] velocitatis augmentum, in 1mo instanti sic succedendo acquirat, prout Vertex A, sensim dilatatur, usque in de, erit impetus in 1mo instanti à gravitate productus æqualis Areæ Δli Ade. In 2do instanti Corpus decidens, retinebit eundem impetum, & cum eo describit spatium de, fg quod utique prioris A de est 2plum. Huic præterea à gravitate Motum similiter, ut in 1mo instanti accelerante, superadditur impetus in eodem instanti succedendo completus, qui designatur per Δlum efg. Igitur, dum vis utraque, (sicut impetus completus, ex instanti præcedente perseverans, cum impetu, succedendo à gravitate, de novo producto,) erit spatium in 2do instanti adscriptum, prioris A.e.f, 3plum: nempe, erit Trapezium de.g.f. In 3tio quoque instanti duo impetus composti, remanentes ex priore instanti, et per lineam 2fg. designati, efficiunt Motum, æquivalentem Parallelogrammo: 2fg, 2g.3h. hoc est □drupluum Δli Ade. per vim autem gravitatis, continuo incrementis, describitur Δlum ghi. Ideoque in hoc instanti, habitur Motus: ac proinde spatium 3tii Sextuplum, videlicet Trapezium: 2g.i3. Simili modo dicam in 4to instanti, & aliis subsequentibus res procedit: ac proinde accelerationes Motus & spatia crescunt, juxta progressionem Arithmeticam Numerorum imparium: 1. 3. 5. 7. &c.

THEOREMA I.

Spatia in Motu uniformiter accelerato, intra tempus sensibile percursa, si ab initio, usque ad finem Motus cuiusque instantis simul computentur, sunt in ratione Triplicata temporum, aut celeritatum, seu ut □ta temporum & celeritatum.

Demonstr: Sit corpus (Fig: præcd:) per 1 instans sensibile, in 1000 instantia minima dividum novatur, motu uniformiter accelerato, juxta præcedens Theorema, percurrat spatium expressum Δlo Ade. Ergo, si idem Corpus moveatur per 2 instantia sensibilia, quæ divisa sunt in bis mille instantia minima, percurrat spatium expressum toto Δlo majore: A.g.2. Eadem enim est utriusque ratio. Jam verò, cum linea de. sit parallela 2g. ac proinde Δla hæc sint similia, erit Δlum Ade ad

ad Dlum A 42. in ratione explicata, quam habet Lat. A1. ad Lat. A2. sive etiam eius, quam habet Basis 16. ad Basim 24: (juxta Geometri) Ergo, cum linea A1, A2, juxta hypothesim designet Tempora, linea verò 16, 24, denotent celeritates, ac denique spatia exprimantur per Dla; erunt Spatia intra tempora sensibilia, motu uniformiter accelerato decursa, in ratione 2bicata: seu, ut ☐drata temporum, aut celeritatum.

Demonstratio 2da. Sit 1um instans sensibile, divisum in 1000 instantia, quas minima, Summa spatiorum in progressione Arithmetica, crescentium 500000. Sint duo ejusmodi instantia sensibilia, quæ simul continent 2000 instantia sensibilia, velut minima. Summa spatiorum inter 2 illa instantia, velut minima, juxta progressionem Arithmeticam crescentium erit: 2000000. si utraque Summa, per eandem numerum, vg. 100000 dividatur. Quoty 1um Summa erit 5, jam verò 2da, 20. Sicqui 5 ad 20, eandem habent rationem, quam 1 ad 4. Ergo etiam spatia intra unum instans sensibile, motu uniformiter accelerato percursa, erunt ad spatia intra 2 hujusmodi instantia sensibilia, similiter motu percursa, ut 1 ad 4. ideoque in ratione 2bicata temporum. Et cum celeritates crescant, ut tempora, erunt eadem spatia etiam in ratione 2bicata celeritatum.

Totam hanc de Motu Accelerato doctrinam, exhibet Tabella sequens, in qua I numerorum Series exhibet ea Tempora. II Spatia Separata, hoc est unoquoque minuto. III ex separatis conjuncta, hoc est: ab initio capti Motus, ad finem cujusque temporis computata.

I. . . .	1.	2.	3.	4.	5.	6.	7.	8.	9.	10.
II. . .	1.	3.	5.	7.	9.	11.	13.	15.	17.	19.
III. . .	1.	4.	9.	16.	25.	36.	49.	64.	81.	100.

Scholion. Cum P. Riccioli, sæpiùs experimenta institueret, & globos cretaceos, eiusdem molis, ac unciarum 8, ex diversis Turrium & Domum fenestris demitteret; animadvertit, (ut ipse refert Romanorum Tom: 1. c. 21. sect. 4.) ejusmodi globos, 1um minutò 2de conficere pedes Romanos 15. 2 pedes 60. Ergo, unde in fundamento observatum dicti Autoris, Motus uniformiter Accelerati spatiorum, à corpore cadente percursorum, sequens ponitur Tabella: in quavis numerorum Series idem significat, quod in præcedenti.

I. . .	1.	2.	3.	4.	5	6.	7.	8.	9.	10.
II. .	1.	3.	5	7	9	11.	13.	15	17.	19.
III. .	1.	4.	9.	16.	25.	36.	49.	64.	81.	100.

PROBLEMA I.

Dato tempore, quo grave in medio non resistente, per datum spatium descendit, determinare tempus, quo idem aliud spatium datum, in eodem medio percurret.

Resolut: & Demonstratio. Cum spatia sint, ut ☐ta temporum, tempus quæsitum reperitur dicendo: Ut spatium, per quod grave dato tempore descendit, est ad alter spatium datum, ita ☐um temporis dati, est ad ☐um temporis quæsiti. adeoque ex eo extracta Radix ☐ta, erit tempus quæsitum. V.G. globus cretaceus 8 unciarum, in experimentis P. Riccioli 4, descendit per Spatium 240 Romanorum. Quæritur, quanto tempore percursurus sit Spatium: 1215 Romanorum? Erit igitur: 240 : 1215 = x^2 = 1215 · 60 : 240 = 81. cujus Radix = 9. Adeoque globus ille cretaceus 1215 Romanos, per 9 percurret.

PROBLEMA I.

Dato spatio, quod grave in medio non resistente, dato tempore percurrit, determinare spatium, quod idem intra aliud datum tempus describet.

Resolutio. Cum in descensu gravium, spatia sint, ut ☐ta temporum, spatium quæsitum reperitur dicendo: ut ☐um temporis, quo grave per datum spatium descendit, est ad ☐um temporis, quo spatium quæsitum confici debet: ita spatium datum, est ad spatium quæsitum. V.G. globus cretaceus 2, confecit spatium 60, Quæritur; per quantum spatium intervallo 5. descendet? Ergo 4 : 25 = 60 : x = 25 · 60 : 4 = 1500 : 4 = 375.

PRO=

PROBLEMA.

Dato spatio per totum tempus descensus confecto, invenire spatium 1mo tempore decursum.

Resolutio. Quoniam spatia, sunt, ut □ta temporum: habebitur intentum, dicendo: Ut □tum totiq descensus temporis, ad spatium toto hoc tempore decursum: ita □tum temporis 1mi, ad spatium sibi correspondens. Sup. si corpq toto tempore 5, confecit spatium 375, & volumq scire, quot Pedes descripsit 1, fiat: Ut □tum 5=25 ad 375 Pedes, ita □tum 1=1, ad 15. Proinde 15 Pedes, dent spatium 1 confectum.

Aut, si quaratur spatium, sub finem 2di temporis percursum: fiat: Ut 25 ad 375 = 4 : 60.

PROBLEMA.

Dato spatio, intra 1um temq percurso, invenire spatium, alio quovis tempore, decorsim sumpto, percursum, vel percurrendum. V.G. Cum corpq 1, percurrit 15 Pedes, invenire dato 5to.

Resolutio. Quoniam spatia singulis temporibus, decorsim sumptis, crescunt 2dum numeros impares. 1, 3 &c. quaratur in superiore Tabella numerq impar respondens tempori 5to, qui est 9. Tum fiat: 1 : 15 = 9 : 135; qui ultimq terminus dat Pedes tempore 5to, seu solo minuto 5to percursos.

Vel, inveniatur spatium, toto tempore proposito descriptum, ut hic minutis 5 descriptum 375. Inveniatur etiam toto tempore praecedenti, ut hic minutis 4 descriptum 240: detrahatur hoc ab illo, & habebitur spatium 135, solo minuto 5to confectum.

CAPUT II.

De Motu Percussionis & Elasticitatis

THEOREMA I.

42. Vis Elastica in corporibus perfectè elasticis, est aequalis vi compressa, seu involutiva.

Demonstratio. Elasticitas, est vis, qua partes corporis compressi, se in pristinum statum restituunt. Atqui, si non esset aequalis vi compressa, non possent se restituere. Ergo est aequalis dictae vi compressae.

THEOREMA II.

48. Si duo corpora aequali velocitate in aliud immobile incurrant, percussiones erunt, ut massae.

Demonstratio. Percussiones se habent, ut quantitates Motus, eae ad se sese sunt, ut massae, si velocitates eaedem sint. Ergo &c. Ubi in hac materia quatuor bene notanda sunt. Lanio Tom. 1. pag. 300. 1um Vires, quibus partes compressae se restituunt. 2um Resistentia, quae pernitente superatur. 3um Impetus in vertendo productus. 4um Impetus in vertendo destructus.

THEOREMA III.

49. Si corpora inaequalia, inaequali velocitate concurrant, percussiones habebunt rationem compositam ex velocitatibus & massis.

Demonstr. Percussiones se habent, ut quantitates Motus. Sed quantitates Motus habent rationem compositam velocitatis & massae. Ergo &c. Hinc, si corpora percutientia, fuerint velocitibus ac massis reciprocè proportionalia, erunt percussiones eaedem. Unae globus 50 Libr. velocitate, ut 1. aequaliter feriet, ac globus unius Libra, velocitate, ut 50.

THEOREMA IV.

50. Corpus elateris expers, si in aliud pariter elateris expers & quietum incurrat, dividit cum eo suam celeritatem, iuxta proportionem duarum massarum.

Tantum enim habet celeritatis corporum qui to communicare, qui [illegible] penetrabilitate corporis quieti: ad hoc verò sufficit pro ratione massae duae distribuere celeritatem; in ratio resistentia in massa fundetur. Tum enim fit, ut singula partes, duarum corpor aequali celeritate progrediantur. Hinc 1um, si molem corpq aequale sit quieti, diminuam, si subduplum illius duas tertias celeritatis alteri concedit. 2do Corpor

ra vi ictus percussionis, quieto alteri corpori celeritatem communicant, praeter ipso deorsum nullatenus.

THEOREMA V.

51. Si globus A, massa & mole aequalis, simulque elasticus, in alterum B, quietum incurrit, A post ictum quiescit, B autem ea celeritate movetur, quam habuit A, ante percussionem.

Nam in hac hypothesi B, vi ovis percussionis, ab A, dimidiam celeritatem acquirit, & propterea dimidia hac celeritate elasticitatis, per motum elasticum. Ideo Motus elasticus tanto est, quanta est compressio (§. 47.) haec vero tanta, quanta est percussio, percussio tanta, quanto est Motus Directi. Ergo, quantum Motus Directi ab B ab A, tantum elastici acquirit: qui cum sit in eadem directione cum Motu directo, aequat illum. Ergo Fit:

A vero quiescit, dimidium enim Motum directum, qui illi à communicatione superverat, destruit tantudem Motus Elastici, quem à B accipit. Sicut enim A comprehendit globum B; ita vicissim a globo B comprimebatur. Jam vero Motus Elastico in A, oppositam e diametro, Motui Directo, huic et directionem. Ergo hic ab illo destruitur: hinc A quiescit.

THEOREMA VI.

52. Duo globi elastici aequales, aequali velocitate concurrentes, aequali velocitate revertuntur.

Demonstr. Supponatur globus B vacuus, tum percutitur, esse quietus: eo instanti globo A, per Theorema praecedens, communicat ei dimidium sui motus directi, & ab illo tantundem acquirit. Ergo celeritate & directione globi A progreditur. 2do Supponatur jam quiescere A. cum in eum B incurrit, B ei communicat dimidium sui motus directi, & tantundem acquirit ab illo. Ergo celeritate & directione globi B revertitur. Hinc sequitur Corpora duarum elasticitatis in currentia, permutatis celeritatibus, reverti. Unde etiam si A incurrat in globum B velocitate ut 2. & B in globum A velocitate ut 4. B revertetur, velocitate ut 2. A vero velocitate ut 4.

THEOREMA VII.

53. Si corpus A (Fig: 34.) duplici vi urgeatur, altera illum directionem AF, altera illum AB, describet Diagonalem AE.

Cum [illegible] ad illi velocitate non differt, in vi [illegible] non differt, utique ergo obsequitur corpus A. tantum tam ad AF, quam ad AB ut [illegible] hoc vero fit, dum per Diagonalem moveatur. Ergo Fit: Hoc modo movetur. Vis ex una in alteram ripam traducta, quam utpote remi recta ad objectum litus, flumen vero deorsum urget. Nota: cum circa rectam quamlibet AE, Parallelogrammum describi queat, quivis motus rectilineus per compositum exprimi potest.

THEOREMA VIII.

54. In reflexione locali, Angulus Incidentiae, est aequalis Angulo Reflexionis.

Demonstr: (Fig: 34.) Concipiatur ipsum moveri motu composito, ex horizontali AF, & perpendiculari AB, adeoque Diagonalem AF (v. 9. praecedent.) Corpus A, delatum per AE, facit impressionem in BE. Ibidem motum suum perpendicularem AB. cui EB opponitur, peraeque in puncto E motum suum perpendicularem, quem tamen per vim elasticam totum recuperat. Cum ex motu horizontali nihil superaut, surget motus pariter mixtus, ex horizontali FC, & perpendiculari FE: & quia motus hi mixtus aequales sunt, erit Δlum FEC, seu CED aequale Δlo AEB. Ergo etiam Angulus AEB aequalis CED. Q. E. D.

CAPUT III.

De Motu in Plano Inclinato & Projectorum.

THEOREMA I.

55. In Planis Inclinatis gravia minorem propensionem ad motum deorsum habent, quam si libere ac κατὰ κάθετον deorsum cadantur.

Demonstratio. (Fig: 9.) Partes EFB, supra punctum destinationis B, impediunt motum deorsum.

ponitur 2do. erit aliam, omnino subsistere, et ulterius ire: globo inius gravitis, ceteris omnino quiescentibus, indistante) Ergo 3tio. Unde sequitur, quo planum illud magis ad Horizontem accedit, eo minorem vires propendionem ad descendum: cum pars EFB, semper major existat.

THEOREMA. II.



Fig: 9.

51. Gravitas respectiva ponderis D, est ad suam gravitem absolutam sicut AC : AB.

Demonstr: Si D (Fig: 21) laberetur liberè per DQ, totam suam gravitem absolutam impenderet descensui: cum autem labitur per Planum Inclinatum, aliquam ex gravitate sua impendit vincendæ resistentiæ Plani, & residua tantum parte ipsum nititur: sine resistentia ergo suam eius gravitem per motum compositum exprimeret: Ut si DF absolutam gravitem, DE, perpendicularis ad AB, partem eius resistentiæ impensam, FE respectivam gravitem repræsentet (§. 53) Tum verò erit gravitas respectiva, ad absolutam, sicut FE, ad DF. hoc est: cum Δlum DEF, simile sit Δlo ABC. gravitas respectiva, ad absolutam sicut AC : AB. Cum AB, possit accipi pro sinu toto per Trigonom: gravitas dicta respectiva, erit ad absolutam, sicut Sinus anguli inclinationis Plani ABC ad Sinum totum. Unde, quo minor est Angulus ABC, eo minor erit vis corporis D deorsum. 2dò Si suspendas vasa ἀδάετον corpo L, ac funiculo cum D conjungas, æquilibrabitur eidem. si fuerit L : D = AC : AB. Dò dò enim præcisè æquilibrari gravitas absoluta L, gravitati respectivæ ponderis D. 3tiò Gravia motum in Planis Inclinatis accelerant.



Fig: 21.

THEOREMA. III.



Fig: 40.

52. Si plana duo, vel quotcunque sint similiter inclinata & proportionalia (Fig. 40) erit tempo descensûs per totum ABC, ad tempo per totum RQL, in ratione subduplicata longitudinis planor. hoc est √(AB+BC) ad √(RQ+QL) ipsia hæc expressiones: T·AB, T·BC significare tempo, quæ percurritur AB, BC &c.



Fig: 40.

Demonstratio Theorematis: 1mo. Ex hypothesi AB : BC = RQ : QL

Ergo √AB : √BC = √RQ : √QL.

2do (§. 44) T·AB : T·BC = T·RQ : T·QL.

Item T·AB+T·BC : T·B = T·RQ+T·QL : T·QL

& T·AB+T·BC : T·RQ+T·QL = T·BC : T·QL.

Sed T·BC : T·QL = √BC : √QL (§. 44)

Ergo T·AB+T·BC : T·RQ+T·QL = √BC : √QL.

3tio. Ex hypothesi AB+BC : RQ+QL = BC : QL.

Ergo √(AB+BC) : √(RQ+QL) = √BC : √QL.

Ergo T·AB+T·BC : T·RQ+T·QL.

= √(AB+BC) : √(RQ+QL) Q.E.D.

N.B. omisa sunt ipso duo Theorematata, Autoris, quæ post premissum n. 51 sequebantur. Sive loco illor, sequentia usque (inclusivè) ad Scholion, quod incipit: In praxi illud probè notandum &c. & finitur: nisi distantia objecti fuerit, paulò minor, quam vera dimatur, sequentia inquam ipso posita, tanquam ex necessitate omissa habita. Et primò

DEF=

DEFINITIONES.



I. Parabola, seu linea Parabolica ECF. est linea curva, nunquam in se rediens. quæ generatur, si Conus BAG ita secetur, ut Sectionis Diameter CD. fiat parallela lateri AB.

II. Recta CD, lineas HI, KL, FE. intra curvam parallelas inter se bifariam secans, Diameter Parabola nominatur. In specie verò Axis vocatur, si Sectio fiat ad Angulos Rectos.

III. Linea Parallela HI, KL, quæ à Diametro bifariam secantur, Ordinata, vel ordinatim applicata dicuntur; earum dimidiæ HM, MI, Semi-Ordinatæ audiunt.

IV. Vertex Parabola, est punctum C, e quo ducitur Diameter.

V. Pars Axeos, seu Diametri CM. vel CN, inter Verticem C, & Ordinatam HI, vel KL. intercepta, Abscissa, aut Sagitta nuncupatur.

VI. Parameter Axis, ab aliis Latus Rectum PC, dicitur linea illa constans, quæ ad Abscissam & Semiordinatam est tertia Proportionalis.

VII. Focus, est punctum Axeos M. in quo Semi-Recta MI. æquatur Semi-Parametro.



VIII. Parabola ab aliis describitur: quod sit Linea curva in se non rediens, in qua □tum Semi-ordinatæ, æquatur Rectangulo, ex Abscissa in Parametro. v.g. □tum MI, Rectangulo ex CM, in Parametrum PC. Hoc est: si MI. æquale 2, CM æquale 1, Parameter PC æqualis 4; erit 2·2=4, & 1·4=4. Ab aliis verò, quod sit Figura curvilinea, in qua Semi-ordinatæ □tæ, eandem inter se habent rationem, quam Abscissæ, seu Sagittæ, ipsis correspondentes. Sine □tum MI, ad □tum NL, sicut Abscissa, seu Sagitta CM, ad Sagittam CN. v.g. si NL=4, CN=4, fiet 4 ad 16, sicut 1 ad 4.

Figura (data Parametro) delineatur sic: Axi AL (in Fig: N) apponatur Parameter AS. Linea LS, indi; tat ad Angulos Rectos CD per A producta. Tum in linea SL, Numeris pro libitu punctis, seu centris, designentur Circuli, sese tangentes in S, lineas verò DC, & AL, secantes. Denique per sectiones P, ducantur parallelæ ipsi CD, & exhibitis sectionibus, demittantur Perpendicula: 1 I, 2 II, 3 III. 4 IV. Puncta concursuum connexa, exhibent Lineam Parabolicam, hoc est talem, quæ habeat Conditiones proximè, sub Numero VIII. expressas.

THEOREMA.



Si corpus grave Horizonti parallelum projicitur, declusâ mediâ resistentiâ, motu suo Parabolam describit.

Demonstratio. Corpus projectum Horizonti parallelam (Fig: N) si nulla alia vis deveniret aut obliquè impediret; urgeretur 2da recta AR. quia verò gravitatis vi deorsum præterea nititur, 3tia recta AC. quæ ad Horizontalem AR, est Perpendicularis, corpus interea, dum vi impressa, in Q pervenire, & vi gravitatis descendit per QM. adeoque ex his vicibus compositis motum, reperitur in M. & tum deinceps in n. m. Quia porro in motu æquali & uniformi, spatia sunt, ut tempora. spatia AQ, Qq, qR æqualia, quales temporis partes describunt: & quia præterea spatia QM, Qm &c. in devenendo gravium, seu motu uniformiter accelerato, sunt ut □ta tempor. erit ergo QM, ad qm, = AQ² : Aq² hoc est: (ex AQ & PM, item AP & QM. & ita æquales & parallelas) substituendo æqualibus æqualia, erit AP, ad Ap, = PM² : pm². seu, quod idem est: semiordinatæ, PM, & pm □ta, erunt inter se, ut earum Abscissæ, sive Sagittæ AP, & Ap. Atqui in hoc consistit ratio Parabolæ. Ergo via AM. nm, quam grave horizontale modo prædictum describeret, est Parabola.

Scholion. Quoniam rectæ QM & qm, per quas grave descendit, in centro Terræ concurrunt, in rigore parallelæ non sunt: si tamen Altitudo AC, non sit adeò ingens, citra errorem, pro parallelis sumi possunt.

THEOREMA I

Si corpus grave obliquè sursum, vel deorsum projicitur, in medio non resistente, motu suo Parabolam describit.

Demonstratio. Sit recta AR. (Fig: N.) Linea Directionis, quam corpus vi sola impressa decurreret motu æquabili, conficiendo partes æquales: AQ, QL, quæ proinde sunt, ut tempora. Sed obtinente solum gravitate, per motum Accelerata defertur corpus per Q, M. L, O, N, U, quæ se habent sicut □tæ temporum, sive linearum AQ, AL, AN, &c. tempora exhibentium. Fiat dein AE parallela RB, item PM, GO, XU, EB, parallela AR. erit ob parallelismum PM = AQ, GO = AL &c. Item AP = QM, AG = LO, &c. Ergo Sagittæ AP, AG, &c. se habent, ut □tæ Semiordinatarum PM, GO. seu $AP : AG = PM^2 : GO^2$. Ergo A, M, O, U, B, est Parabola: cujus Diameter, est AS.



2da. Sit iterum Linea Directionis AR. (Fig: N.) Corpus projectum deorsum directione obliqua AR, moveretur æquabiliter vi impressa, urgente per partes AB, BC, æquales, adeoque ut tempora se habentia, vis autem gravitis per BD, CE, agit motu vi accelerato, ut hæc spatia sint sicut □tæ temporum. Cum itaque AB = PD, & AC = OE. Item BD = AP, & CE = AO, sit AP, ad AO = $PD^2 : OE^2$. Hæ sunt Sagittæ sunt, sicut □tæ Semiordinatarum, ac proinde ADE est linea Parabolica.



Scholion. Et corpore grave horizontali modo proiecto Lineam Parabolicam describi, non absque secundum dedurari potest experimento tali: Abumatur Planum aliquod ligneum ABC, ad verticem erectum, & ab A, usque in B, canalem habens excavatum, qui prope B, in Planum horizontale desinat; primumque istud Planum ABC, cum altero itidem Plano BCDE, aut etiam cum muro, vel pariete verticali cohæreat. Mox investigetur, in quodnam punctum Horizontis, globus ex A demissus decidat, ut in punctum D. Tum vero inferior linea, seu semita CD, vel solis illi æqualis BE, indicans motum æquabilem, ab impetu projectili exortum, dividatur in partes æquales AB. Similiter & linea BC, exhibens motum accelerata ac inæqualem, a gravitate proveniente, secetur in partes inæquales, sectis juxta seriem numerorum imparium: 1, 3, 5 &c. Deinde Angulis, in quibus præfatæ lineæ sese intersecant, videlicet, in punctis: m, n, o, assigna-



mantur Annuli ex filo ferreo, vel alia qualiam materia confecti, & globo cautè demittatur ex A, isq; per omnes Annulos Plano secundo affixos transiens, dimidiam Parabolam describet, nostramq; Theoriam ad oculum demonstrabit.

Definitio. Amplitudo jactus maxima est intervallum maximum in linea horizontali, ad quod ex aliqua certa qualiam vi impressa, obliquè projectum pertingere potest. Minora intervalla, sub eadem vi impressa, sunt amplitudines minores.

Scholion. Quæ Linea Directionis obliqua ad verticalem magis accedit, eò quidem tacto altiores fiunt, non tamen planiores, quoque maiores; imò à actus Verticalis, omnium altissimo nullam habet Amplitudinem. In jactu tamen ad amplissimum Jactum continuandum, directione paululum à Vertice inclinante, utendum est. Nam Aqua, vel aliud liquidum jaciens, sui primo impetu Jactum verticalem facit altissimum, Aqua tamen relabens mox relabens, incrementum, ejus ascensionem novaid.

THEOREMA.

Amplitudines Jactuum sunt inter se, ut Sinus Anguli 2pli Elevationum Instrumenti V.G. Mortarii, si vis impressa eadem maneat.

Demonstratio. Fiat Amplitudo Jactus AO. (Fig: N.) sub Angulo elevationis Mortarii BAO, & PB ad Diametrum AD perpendicularis; item PB = AO. Quia igitur Anguli ADB & ACB, insistunt eidem Arcui Circuli; erit Angulus ad Centrum ACB, alterius 2pli (per Geometriam). Jam, quia in Angulo DAB, Angulus DBA, inscriptus Circulo est Rectus, constituent duo Anguli BDA & BAD, alterum Rectum. Sed etiam Angulus DAO est Rectus. Ergo DAO = BDA, plus BAD. Ratio est: DAB + BAO = CBA + BAD. Ac proinde, si utrinque auferatur idem BAD, erit BAO = BDA. Quare Angulus ad Centrum ACB, est etiam Anguli Directionis 2plus. Est verò PB, sive Amplitudo AO, Sinus Anguli ACB. Ergo Amplitudo AO, est Sinus 2pli Anguli Elevationis Instrumenti. Quod, quia de quacunque alia Amplitudine demonstrari potest, erunt diversæ Amplitudines Jactuum inter se, ut Sinus Anguli elevationum Instrumentorum Mortarii.



THEOREMA.

Si vis impressa eadem maneat; Amplitudo jactus AC, maxima est, sub Elevationis 45. & sub Angulis elevationis à Semi-Recto æqualiter differentibus, Amplitudines sunt æquales.

Demonstratio. (Fig: N.) Cum Amplitudines Jactuum, sint, ut 2pli Anguli elevationum, manente eadem vi impressa, crescente Sinu 2pli Anguli elevationis, crescit etiam Jactuum Amplitudo. 2dò. Quia verò Anguli, qui à Recto per excessum, vel defectum differunt, eosdem Sinus habent, & Anguli 2pli à Recto æqualiter differunt; si Anguli simpli à Semi-Recto æqualiter differat, perspicuum est Amplitudines fore æquales; si Anguli elevationum à Semi-Recto per excessum, vel per defectum æqualiter different.

PROBLEMA.

Data Amplitudine Jactus maxima, ejusdem Sinum examinare, scilicet, determinare Amplitudinem quamcunque Angulo elevationis, si impressa maneat eadem.

Resolutio. Quia Sinus totus, est Sinus 2pli Anguli elevationis; si Angulus elevationis fuerit 45. quando nempe Amplitudo Jactus

dius est maxima; dicatur per Regulam Auream: Ut Sinus toti, ad Sinum 2di Anguli data elevationis. Ita Amplitudo Jactus maxima ad Amplitudinem quæsitam. V.G. sit Amplitudo Jactus maxima, Tormenti Bellici 6000 Passuum, & quæratur Amplitudo, sub Angulo elevationis 30. Proinde erit:

Logarithmus Sinus totius	1000000.
Logarithmus Sinus Anguli 60.	993753.
Logarithmus 6000 Passuum	3778151.
Summa Logarithmor: 2di & 3tii.	4771568.
Resid: Logarithi.	3771568.
Cui respondent in Tabulis Logarithmor: 5196 Passus.	

Scholion. Amplitudo maxima, facta projectorio ex manu vel Mortario, si quis illud certa quantitate ejusdem Pulveris Tormentarii oneret, & quam procul globum projicat, sub Angulo elevationis 45, metiatur.

Corollarium. Si vero detur Amplitudo maxima & distantia Objecti feriendi, detur Amplitudo alia minor, reperietur Angulus elevationis Mortarii, ut globum ad datam distantiam projicat. Dicendo: Ut Amplitudo maxima, ad Amplitudinem datam: Ita Sinus toto, ad Sinum 2di Anguli quæsiti.

Scholion. In praxi illud probè notandum, Pulveris nitrati cum majori impetu ad deveniorem tubi fistulæ partem globum illidere, quam ad superiorem. Unde, cum directio Mortarii, aut Tormenti, 2ndum Jacum, aut ipsa cavitas instituatur, globo post accensum Pulverem directione hac paulò altius attollitur: ut ab eò Amplitudo Jactus, justò sæpè major, nisi distantia Objecti feriendi, paulò minor, quam vera dumatur. Et facienda sunt, quæ sic instituta rejectis. Sed

Quoniam Non solent, quæ abundant, vitiare Scripturas, Rej: Juri: Civ: 95. nil officit, quin omissa, aut rejecta, vel hoc loci sonantur, ut vel videri possint, quæ aut qualia sint, & quæ sit iam.

THEOREMA IV.

59. Projectum horizontaliter describit lineam curvam, & abstrahendo ab omni obstaculo Parabolam. Est autem Parabola sectio Coni AB (Fig: 35.) ad rectam inclinatam CD, parallela. (Nam EF secat Circulum, EM Ellipsin, MN Parabolam.)

Parabola sic describitur: Ponitur Linea AB (Fig: 36.) quæ sit Axis Parabolæ describendæ, cujus loco rectum, quod Parametrum vocatur, assumatur AC, & insistatur certa pars Axis, v.g. AD. Inter AD & AC, ponitur Media Proportionalis: hæc invenitur, applicatur ad punctum D versus E, linea hic DE, [illegible] Semi-Ordinata Deinde [illegible] rectangulum AE, inter quod & Parametrum AC, quæritur Media Proportionalis, ut prius: tum inter AH & AC, deinde inter AB, & AC; quæ ad puncta F, H, B applicata, facient totidem Semiordinatas, quæ extrema puncta E, G, I, K, si connectas cum A, habebis Curvam Parabolicam AEGIK.







Proprietas Parabolæ hæc est (Fig: 37.) ut quævis pars Axis AP, sit ad suam Semiordinatam PM, sicut eadem PM ad Parametrum Prima.

Erit AP : PM = PM : Parametrum.

Et Ap : pm = pm : Parametrum.

$$PM^2 = pm^2.$$

Hinc $\frac{PM^2}{AP} = \frac{pm^2}{AP}$

Unde $PM^2 : Ap = pm^2 : AP$

Quare in Parabola AP : Ap = PM² : pm.

59. Ex hoc demonstratur Theorema. Sit linea horizontalis AR, in tres æquales partes distributa: AQ, Qq, qR. Sit ad AR, perpendicularis AC divisa in AP = 1. Pp = 3, pC = 5 numeros Motus Accelerati. Vi impressa urgetur globus æqualiter per AR: vi gravitatis, inæqualiter motus accelerato per AC: hunc ergo vi impressa deferret in Q, vi gravitatis interea descendit per QM: atque adeò corpus projectum erit in M. Cum proinde AQ & Aq, sint habeant, ut tempora (§. 31.) QM & qm, ut □ta temporum (§. 44.) erit Q

M;

$M : qm = AQ^2 : Aq^2$. Sed $QM = AP$, $qm = Ap$, $AQ = PM$, $Aq = pm$. Ergo $AP : Ap = PM^2 : pm^2$. Hoc est: curva AM, mm, quam describit corpus horizontaliter jactum, erit Parabola. Eodem modo demonstratur, si AQ cum horizontali faciat Angulum.

THEOREMA V.

60. Iactus omnium maximus est ille, qui fit sub elevatione 45 graduum: reliqui verò æqualiter ab ea elevatione recedentes, æquales habent Amplitudines (Fig: 39.)



Fig: 39.

Nota 1mo. Amplitudo Semita, quam projectum describit, est Linea Parabolam subtendens AC. 2do Angulus elevationis est, quem facit Amplitudo cum Linea Directionis BAC.

Demonstratio Theorematis prolixa admodum foret, hinc istud in sinuosos sufficiat: Eadem manente vi impressa, Amplitudo Semita, quam ug. projectum Q describit, ipse ad Amplitudinem corporis F, eadem vi impressa orsi, sicut est Sing. ępli Anguli elevationis, sub quo projicitur Q, ad Sinum ępli Anguli, sub quo jacitur F. Ex hac deducitur

1mo. Cùm bis 45 = 90; si jactu fiat sub elevatione 45; Sing. ępli Anguli elevationis, erit Sing. totę, qui cùm maximus sit omnium, Amplitudo quoque maxima sit, oportet.

2do. Eadem est Amplitudo jactuum, qui fiunt sub elevationibus Angulorum à 45 gradibus æqualiter distantium. Nam Angulorum ępli æqualiter distant. Sing. autem Angulorum à Recto æqualiter distantium, sunt æquales per Trigon: Proinde, cùm Amplitudines sint in ratione horum Sinuum; hæ æquabuntur. Hinc, seu sub 40, seu sub 50 gradibus jaciat globum, vel lapidem, ejusdem distantiam utroque jacta veniet.

3tio. Ex dicta Proportione, Tabula jactuum construi possunt. Sic v.g. duo elevatione 30, globus è Tormento ejectus, confert 1000. Hexapedas. Nosse cupis quot conficiet, si dicas Tormentum ad Angulum 45. R. Dic: Ut os habet Sinus 60, : 1000 = Sinus 90 : 1154. Hexapedas, sub elevatione 45 conficiendas. Vide P. de Chales Tom: 4. L. 2. Prolegom.

Physicam dictæ Theorematis causam, dat P. de Chales: quod motus, quem projectum describit, sit compositus ex Verticali & Horizontali. Unde in elevatione media, qualis est 45, ab utroque æqualiter participat. Nequidem aliquid impetus sibi deorsum, & æquale horizontaliter. Hinc habet crura longiora, & majore vacua distantia aravolat. Si elevatior, fit magis projectum corpus; at decedit motui horizontali, si depressior, ipse globus suo pondere deorsum tendit.

CAPUT IV.

De Motu Pendulorum, Vi Centrifuga & Centripeta.

61. Pendulum, vocatur pondus è filo, aut virga metallica tenuissimi AC extremo pendens (Fig: 41.) Globulus hic in A adductus, labitur per medium acceleratum per Arcum AB, velut per Planum Inclinatum (§. 56.) at ubi ad B pervenit, filo prohibetur, ne versus centrum Terræ descendat: hinc vi per lapsum acquisita, perduranti, per æquale prope Arcum BE, motu retrogrado (cùm ei actis gravitis obsistat) adscendit (§. 46.) ac iterum descendit, sicq; oscillatur. Ex hinc deducitur motu Pendulorum haberi à vi gravitatis; qua corpora, ad Terræ centrum urgentur.



THEOREMA I.

62. Longitudines Pendulorum, similes Arcus AB, & RS describentium, sunt in duplicata ratione temporum, quibus singulæ oscillationes peragunturum: & vicissim tempora sunt in subduplicata ratione longitudinum CB, & PR.

Demonstr: quò ad alterum (Fig: 41.) Quoniam Arcus similes, ut proportionales considerari possunt velut planula infinite parva; similiter inclinata, proportionalia & in utroque Arcu æqualiter multa, erunt tempora descensus, per A B & S R. in ratione subduplicata Arcuum AB & SR. (§. 57.) seu longitudinum BC & PR, cùm

cum Arcus sint in ratione Radiorum. Unde per se sequitur primum.

THEOREMA II.

Numerus oscillationum, quas conficit CB, est ad numerum oscillationum, quas intra idem tempus conficit PR, sicut reciprocè tempus, quo PR semel oscillat, ad tempus, quo CB semel oscillat.

Demonstratio. Sit tempore A, oscillatio Penduli CB = b, eodem tempore oscillationum Penduli PR. numerus = c : b, erit tempus, quo CB semel oscillat = a : b, quo PR semel oscillat, = a : c : b. Hinc tempus unius oscillationis Penduli CB, ad tempus unius oscillationis Penduli PR. sicut $\frac{a}{b} : \frac{a}{c : b}$, seu sicut $a : c : b : a : b^2$. Vel, sicut $c : b : b$, hoc est reciprocè, sicut numerus oscillationum de PR. ad numerum oscillationum de CB.

Cum igitur per Theorema 1m. CB : PR, sicut □tum temporis unius oscillationis Penduli CB ad □tum temporis unius oscillationis Penduli PR. erit per Theorema 2m CB : PR = $cb^2 : b^2$. hoc est longitudines Pendulorum reciprocè, ut □ti numerorum oscillationum eodem tempore peractarum.

THEOREMA III.

64. Quamvis Pendulum liberum CB, suas oscillationes minuat, ea tamen ad sensum sunt isochrona seu æqui diuturna.

Demonstratio. Quod 1m. Quia frictio in centro motus C (Fig: 41.) resistentiola elastica tensilis, aëris resistentia ac ipsi motus aliquid sensim sensibiliter decrescunt: hinc Arcus continuò minores fiunt, dum denique globus A in B quiescat. Quod 2m. de Chaves L. 3. Stat: hanc rationem adducit: quòd in puncto D, Circulus est magis horizontalis, quam in A: hinc (§. 55.) tardius per BD, quàm per AB, movetur globus, eodem tamen ad sensum tempore. Quia recessus Arcuum BA, celeriter decurrit potest compensari tarditate, qua percurritur BD. Item idem in duobus Pendulis, uno altiùs, lotiùs altero in ipsis vire experimentis fuit ut adeò inter dum vibrationes, unum ab altero vix una excessum fuerit.

65. Ex his deduces: inter Pendula sola longitudine diversa, quod longius est, eodem tempore pauciores facere vibrationes. Est enim longitudo CB, ad longitudinem PR. (Fig: 41.) sicut □tum numeri oscillationum Penduli PR. ad □tum numeri oscillationum Penduli CB (§. 63.) Cum ergo longitudo CB, excedat longitudinem PR, etiam □tum numeri oscillationum de PR. excedet □tum numeri oscillationum de CB, oportet. Plura de his vide apud R. Riccioli Astronomiæ Tom. 1. L. 6. de Horol. Elem: P. Taiet describit Pendulum commodum minuti 2di à de la Hyrio inventum Pad: 9 ½ lini Parisiensis exactum. De usu & applicatione Penduli in Horologiis, pulsu de Chaves Stat. L. 3. de Lunis Tom. Tract. 3. c. 3. Riccioli Almagesti Tom. 1.

66. Motus, seu Vis Centrifuga est, qua mobile circa Centrum in Circulum revolutum se ire receiere conatur; Vis Centripeta autem, qua Corpus motum in linea recta fertur, ut in curva incedat. Utrique motui Vires Centrales vocantur. Prior facit, ut Corpus recedat à Circulo per rectam AC, quæ Tangentem refert (Fig: 39.) à cujus puncto C ducta CD, indicat Vim Centrifugam. Dum enim Arcum A D describit Corpus, Vi Centrifuga recessit interea à Perihelio; quantitas lineæ CD, et vicissim eadem C D, indicat Vim Centripetam: quia hac adibat retinuit Vi Centrifuga, quantitas lineæ CD, dum Corpus Arcum AD describit, ut in eo Arcu moveretur. Dari Vim Centrifugam constat experientiâ. Corpora enim in gyrum acta, ut primùm libera fuerint, lineâ rectâ procedunt. Sic lapis è funda circum manum acta, emissus, lutum in rota. Item: Etiam dari Vim Centripetam, constat, e.g. si globus fune sit alligatus rotæ, quamvis recedere conetur, retrahitur tamen in gyrum & ea: quæ affert P. Pardies de Motu Locali.



67. Ex motibus Penduli, nonnulli in Tellure ipsa Vires Centrales inferant: ex his porro Terraquæum extra Centrum revolvi. Fiunt enim, si oscillatio ejusdem, tum pondere, tum longitudine Penduli, plus temporis requirit in uno, quam in alio loco.

loco, ut eundem Arcum describat, cùm hac oscillatio (per §. 61.) à vi gravitis habeatur, necesse est in iis Regionibus, minorem esse vim gravitis, in quibus per eundem Arcum AE (Fig: Sub: 11.) majori tempore vibratur. Id verò fieri circa Æquatorem iteratis observationibus comprobatum est. Unde vim illic gravitis minorem esse oportere conducunt. Eandem verò imminuta gravitis adstruunt, Vim Centrifugam in Æquatore majorem, quam in Parallelis. Cùm enim Circulus Æquatoris major sit Parallelis, æqualitamen cum illis tempore circumvolvatur; celeriùs movatur necesse est: utpote, cùm eodem tempore majus, quàm Parallelos, spatium describat. Proinde major Vis Centrifuga in Æquatore, quàm in Parallelis. Manente igitur eadem ubique vi gravitis, magis in Æquatore, quàm in Parallelis actis gravitis per Vim Centrifugam imminuetur.

68. Sed his respondet P. Falck Cont 8. §. 2. Si aliquid concedendum esset, motui Vertiginis Terræ, gravitem minuentis; cur hac imminutio non sentiretur proportionatim in Circulis Parallelis? Adducit deinde P. Honorat Burgundi, qui Vi Centrifugæ Terræ, Vim Centrifugam Solis opponit, quæ infringeret alteram eo, quòd major sit. Hinc verò sequeretur Vim gravitis in Hemisphærio Terræ illuminata, majorem fore, quam in Obscuro; Mercurium noctu descendere debere, aliam esse noctu, aliam interdiu Pendulos gravitem.

Certè Caiena & Granada Nova, ut oscillaret Pendulum, singulis 2dis, temporis Primi Mobilis, respondentibus, ut Parisiis fecerat, debuit 2 linéis & ½ abbreviari: ubi tamen Cayena numerat Lat: 63. 4. 55. Granada Nova Lat 13. 12. 6. Item Cl. Picard, nullam deprehendere potuit variationem in longitudine Pendulii Parisiis, Uranoburgi & Marsiliæ: quam tamen observavit Parisiis & Lugduni: quæ duæ Urbes nonnisi 2. 39 differunt. Contra, Parisii & Marsilia habent differentiam 5. 18. Marsilia & Uraniburgum, ultra 12. Ex quo conficitur Pendulorum longitudines, nec crescere, nec minui in ratione Sinuum Complementi Latitudinis locorum, prout Copernici exigunt.

CAPUT V.

De Quæstionibus ex Prioribus Deductis.

69. Quæres 1me: Quantum temporis requiratur, ut globus ad Centrum Terræ descendat?

R. Supponitur secundum calculum P. Riccioli, globum argillaceum 8 Unciar, ex alto cadentem, percurrere unâ minuto secundo 15 Pedes, intra 4 verò 240 Pedes. Ergo inferatur: ut 240 ad 860 milliaria, seu Pedes Geometricos: 12000000, Ita Quam temporis 4 = 16, ad Quam 1146666. Ex quo si extrahatur Radix, provenit tempus 12 minutorum primorum & 50 minutorum secundorum. Plura Kircherus L. 1. Mundi Subterranei c. 1. Ubi Marsennum secutus, affirmat globum plumbeum 100 Librarum, à superficie Terræ, ad Centrum pervenire intra 19 minuta prima, & 56 secunda.

2de: A Luna, ad Centrum Terræ, per spatium 56 Semidiametrorum Terræ, pervenire intra duas Horas & 29 min:

3tia: A Sole, per 1142 Semidiametros, intra Horas 11, 13 minuta prima, 56 secunda.

4ta: A Firmamento, seu Cælo Sideres, usque ad Polum, per spatium 12858 Semi-Diametrorum Terræ, intra Horas 37; 4 minuta prima, 21 secunda: ~~ita tamen, ut motus semper à Fixis continuetur usque ad Centrum. Nam etsi ab initio accelerabitur, tamen successim ad æqualitatem reducitur. Vide de Chales Stat. L. 2. prop. 12. 13 &c.~~

A Sole, usque ad Lunam, per Semidiametros 1086, 1 Hora, 33 min: prim: 39 secundi: A Luna, ad Centr Terræ 1 min: prim: 43 secundi: ita tamen, ut motus semper à Fixis continuetur usque ad Centrum. Nam etsi ab initio accelaretur, tamen successim ad æqualitatem reducitur. Vide de Chales Stat: Lib. 2. Prop: 12. 13 &c.

70. Quares 2de: An minimo motu talis interea impulsus præstetur, ut à Centro suo amoveatur.

Rt: Nec summo quidem impetu Ventorum moveri: Quæstionem pluribus expedit de Chales L. 1. Stat. Prop: 11.

71. Quares 3tia: An percussio pugni, mallei, Librâ explorari possit

Rt

Rſ. Aliquomodo. Si nimirum malleus priùs cum pondere ad æquilibrium revocetur, ac dein examinetur, quantum requiratur, ut alia lanx, quæ non vacuitur, tantum elevetur, at, cùm brachium non ita librari possit, ratio mallei non procedit. Vide P. Chotti Partem 3am Magiæ. L. 4. Paradig: 6. & seqq: Ubi proponit, quomodo Vis magnetica, fumus, & cæ. librari possint.

72. Quæres 12è: Cur in Rhedis Rotæ posteriores sint altiores, & plerumque in curriculis.

Rſ. Fieri ideo; quia per modum Plani Inclinati procedunt, adeoque faciliùs currunt ac trahuntur etiam sursum. Uti Natura demonstrat in Leporibus, qui ob breviores Pedes anteriores, faciliùs montes scandunt; at in descensu nimium præcipitant. Hinc rota catenâ stringuntur, ne nimio impetu prorumpant.

73. Quæres 13è: An motus ponderum etiam Medicina conducat?

Rſ: Quoad pulsum arteriæ determinandum, ut clarè explicat P. de Lanis Tract: 3. Tom: 1. c. 3. Prop: 13. Quomodo in Re Nautica, Geographica &c: Vide in æquentibus Problematibus eandem Cautelam.

E: ita verum, [illegible] memoria Cic. l. 1. pro Tusci. c. 28.), nocestimolema Architectonicam, (sicuti Italis est) unam omnium artium maximam, & ad vitæ officia, Idem ab. 3. ad Att. Ep. 23. p. 212.

* * * * * * * * * * * * *

* * *

*

Scientia hæc in duas communiter partes dividit: altera considerari solet universim, prout natura se oculis offert: altera autem vera Universi proprietates ad veras motuum leges examinant, & quoad fieri potest reducunt. Nos utramque pro more proposito nostro Tyronum capitui accommodabimus. Et Partem quidem primam, quam Sphæricam appellant, pars omnem Globi Cælestis dimensam, atque Sphæra Armillaris explanatione ac problematis definiemus: cum præsertim in hunc disquisitionem finem hæc Instrumenta inventa sint, ut isto pro alleviatur cor labor, quod subiumiora Astronomiæ sphærica principia nimium fatigarent.

De Definitionibus magis Generalibus ac Observationibus Communibus.

Definitiones.

1. I. Astronomia est Scientia Universi, eiusque qua talis phænomenorum.

II. Sidus dicitur oriri, quando in parte Cœli nobis conspicua, apparere incipit; dum vero eadem disparet, dicitur occidere.

III. Motus Diurnus dicitur Diurnus Communis, quo Stellæ cum [illegible] a Terra ab Ortu in Occasum 24 Horarum [illegible] fertur.

IV. [illegible] Occasum [illegible] Ortum [illegible] ter.

V. [illegible] Fixæ [illegible]

VI. [illegible] ♄. ♃. ♂. ♀. ☿. ☉. ☽. ☄.

[illegible]

Observatio.

3. I. [illegible]

II [illegible]

III. [illegible]

IV. [illegible]

4. [illegible]

Sphæra Armillaris ac Globi Cælestis explicatio.

5. In superficie Sphæræ Mundi describunt imaginatione nostra quidam Circuli ad phænomena Universi facilius explicanda; quos aliqui dicuntur Mobiles, alii Immobiles, prout in Sphæra superficiem [illegible] ita, quæ totum [illegible] circulum, sed vero in illa, qua mobilem hanc superficiem immobiles [illegible] amovit, descriptitur. Ex iis Circuli, qui per centr. Sphæræ transeunt, vocant Maximi, qui non sic transeunt, vocant Minores. Maximi sunt omnes inter se æquales, dividunt singulæ Sphæram in duas partes æquales. Hoc est, in duo Hemisphæria. Puncta illa in superficie Sphæræ, ex quibus omnes rectæ ad centrum Sphæræ aliquo in Circuli ducta, sunt inter se æquales dicunt...

x Poli ex conversione Sphæræ Mundi in eois facta nomen traxerunt. a Græco scilicet verbo πολέω, quod idem significat ac verto, v. [illegible]. Ex iis nobis conspicuus vocat Arctico, a Constellatione Ursæ vicina. Ursa quidem Ursa Græce ἄρκτος dicitur. Polo huic opposito Qest Antarctico, quasi contra ἄρκτον posito. Nam monosyllabum Græca ἀντι, significat id in ac contra.

6. Sphæra Armillaris (Fig: 1ma) est Instrumentum ex quibusdam velut Armillis confectum, unde & nomen habet, Sphæram Mundi artificio se repræsentans. exhibet nempe præcipuos ipsius Circulos. 6. quidem Maximos, & 4 Minores. Maximi sunt: Æquator, Ecliptica, duo Coluri: alter Solstitij, & Æquinoctij alter: Horizon, ac Meridianus. Minores sunt: duo Tropici, Cancri nempe & Capricorni. duo item Polares: Arcticus, & Antarcticus, sive Septentrionalis & Australis.

7. Versatilis est hæc machina circa Polum T. qui Terram refert. motus illius motum Sphæræ Mundi diurnum. Puncta P & Q, in quibus Machina vertitur, Poles Mundi: recta Linea que P.Q. ab uno Polo ad alterum per Centr. Terræ ducta, Axem Mundi, quasi per eum Sphæra Mundi rotet, repræsentat. Poli ex conversione Sphæræ Mundi in illis factam nomen traxerunt: à Græco πόλειν, verso πόλος. quod idem significat, ac verto, verso. Ex illis nobis conspicuus P. denominatur Arcticus, à Constellatione Ursæ ei vicina. Siquidem Ursa Græce ἄρκτος dicitur. Polo huic opponitur Q. et Antarcticus, quasi contra ἄρκτον positus. Nam præpositio Græca ἀντι; significat idem ac contra.



Fig: 1ma.

8. Præter duo hæc puncta immobilia P & Q. alia duo Mobilia in Sphæræ Superficie peculiariter notari volunt: Zenith nimirum & Nadir. Zenith, est punctum ex quo ducta per Centrum vertitur, in quacunque Sphæræ positione vincta, per centr. Terræ transit. Græce vero est Z (Fig: 1ma) cui è diametro opponitur N, est Nadir; hoc itaque Sub-centrum, illud verticale est. Postremo ad Sphæræ p nctum P fixum, est Circulus inscr. S.t. in illis de partes in eis contentas inter valla horaria divisæ, ita ut ultima Hora XII, sit in Plano Meridiani: Index vero Horarius cum ipsa Sphæra mobilis. Nunc Circuli, quos attulimus præter expectanti sunt.

9. Æquator est Circulus D.A. immobilis, qui ab utroque Polo Sphæræ 90 Gradibus distat. dividit Sphæram in Hemisphæria DPA. Boreale, seu in cujus vertice est Polus Mundi Borealis P. & in Australem D Q A. in cujus vertice est Polus Australis Q. atque ita Stellas quoque Boreales ab Australibus discriminat. Poli Æquatoris, sunt iidem P & Q, qui ipsius Sphæræ.

10. Ecliptica est Circulus E.L. immobilis, sub quo Sol motu proprio incedit, cum totum intra 365 Dies Horas aliquot percurrat. et intersecat hic Æquatorem in duobus punctis, è diametro sibi oppositis, digreditur post intersectiones ab illo sub illo Angulo 23 & 30. usque ad Tropicum Cancri ex una, ex parte vero altera, usque ad Tropicum Capricorni. Porrigit præterea juxta hunc Circulum utrinque ad 10 circiter Graduum latitudinem Zodiacus, sive Fascia Circuli excentrum terminata. Sunt autem 5 Circuli excentrici, Circuli nempe Eclipticæ Parallelli, tanto ab ea intervallo distantes, quanto excursus Planetæ versus Polos Ecliptica circuit, quod 10 communiter Graduum statuit. Denique Ecliptica, unus est punctum Sphæræ E, quod à Polo Mundi Borealis P distat ad dextram 23 Gradibus, + ½. alter est punctum H. tantundem à Polo Australi Q ad sinistram distans, atque puncto E, è diametro oppositum.

11. Jam Ecliptica, quam Zodiacus dividit in XII Signa. quæ sunt:

V.	♉	♊	♋	♌	♍
Aries.	Taurus.	Gemini.	Cancer.	Leo.	Virgo.

Libra.

♎ ♏ ♐ ♑ ♒ ♓

Libra. Scorpius. Arcitenens. Capra. Amphora. Pisces.

Signo autem ♈ Aries, sive Ecliptica, sive Zodiaci attribuuntur. Sunt autem Signa priora in Hemisphaerio Boreali. & alia in Australi. Unde illa vocant Signa Borealia: Hae Australia. Porro ex Borealibus tria, nempe Aries, Taurus, Gemini, vocant Vernalia, reliqua tria Aestiva. Tria autem in Australibus, ut sunt Libra, Scorpio, Arcitenens. Autumnalia. Tria autem ultima Hyemalia ab Anni partibus, scilicet, quas agunt, cum Sol in his Signis versatur.

12. Colurus Solstitiorum est Circulus P.R.Q.H. (coincidit nempe in Figura cum Meridiano.) per Polos Mundi in superficie Sphaerae Mundi motui descriptis, quem Eclipticam in duobus punctis, in quibus ab illo non Tropicus attingit, & ascendit Sol supra Aequatorem, & descendit infra eundem terminat. Puncta hae Ecliptica vocantur Solstitialia, siquidem, dum ab iis Sol motu proprio regredit, Aequatorem versus moveri videtur. Mutatio hic dici est non dividi, et tantisper persistere in iisdem videatur. Porro autem Punctum illud, in quo ascendit Sol supra Aequatorem terminat, dicit Solstitium Aestivum: Alterum autem, in quo terminat descendens. Imaginemque, quae hae puncta inveniuntur, Solstitium, atque ab ea ita, vel ab Aestivum vel Hyemum.

13. Colurus Aequinoctiorum est Circulus P.Q. Colurus Solstitiorum in Polis Sphaerae, Ecliptica vero in punctis Aequinoctialibus intersecans. Sunt vero puncta Aequinoctialia ista, in quibus Ecliptica Aequatorem secat: quoniam Sol ea ingrediens, reddit Diem Noctis aequalem. quod Vere & Autumno contingit. Unde Aequinoctium aliud Vernum, aliud Autumnale. Vernum est in puncto, ex quo Sol Diam Borealem versus ascendit, nempe in principio Arietis, quo porro ex quo versus Australem descendit, in principio videlicet Libra, est Autumnale.

14. Horizon Finitor. est Circulus, in cuius RH. dividens Sphaeram in Hemisphaerium Superius, in cuius vertice est Zenith: & in Hemisphaerium Inferius, in cuius Superficie est Nadir. Alius Horizon est Rationalis, sive Vergens, qui revera Sphaeram dividit in duo Hemisphaeria aequalia. & cuius singula puncta distant a punctis Zenith & Nadir (quod autem Finitor [illegible]) 90 Gradibus. Hunc est Sensibilis, quem partem Sphaerae Conspicuam a latente dividit, estque Rationali Parallelus.

15. Si Horizon Rationalis Aequatorem secet ad Angulos Rectos (quod contingit, quando Axis Mundi P.Q. coincidit cum Diametro Horizontis, sive quando Sphaera Poli P & Q in ipsum Horizontem incidunt) fit Sphaera Recta, quam habent Populi sub Aequatore habitantes. Quodsi autem Horizon coincidat cum Aequatore: quod fit, quando Zenith & Nadir constituunt ipsa puncta Polorum P & Q, sit Sphaera Parallela, quam habent Populi, qui sub ipsis Polis degunt. Denique si Horizon oblique intersecet Aequatorem (quod extra duos casus semper contingit) Sphaera est Obliqua, in cuius [illegible] omnes habent omnes extra duos Aequatorem habitantes.

16. Meridianus est Circulus P.R.Q.H. in superficie Sphaerae Mundi motui, per Polos Mundi & puncta Zenith & Nadir descriptus. Secat is Horizontem ad Angulos Rectos in H & R. quae duo puncta, si recta connexa erit ea Linea Meridiana. quae cum simul sit Diameter Horizontis Rationalis, id patet, idque fit, Diametros Parallelas Diametros in Horizontis Sensibilis esse Lineas Meridianas. quibus passim utimur.

17. Dividit Meridianus Sphaeram in duo Hemisphaeria: Orientale & Occidentale. Orientale dicit in quo dies a infra Horizontem, sed ea versum vergit. Denique IV. Mundi Cardines designat. In puncto namque H. vi versus Polum Borealem Horizontis in illo secat, est Cardo Septentrionis. In puncto intersectionis [illegible] R. est Cardo Meridiei. Si ab H numerent in parte dextra Horizontis Gradus 90, habebit Cardo Orientis. Eraque totidem quando, in parte Horizontis sinistra numerati; dant Cardinem Occidentis. Unaque versus facie ad Septentrionem, hoc est a tergo Meridiem, a dextra Orientem. Occidentem a sinistra. Sunt autem Cardines Orientis

Poli Meridiani: Cum Æquator à singulis Poli Mundi distet 90 Gradibus (n. 9) consequens est, eum nunc dictis, Cardinem Occidentis & Orientis Mundi esse, vel Æquator Horizontem intersecat.

18. Tertia sunt Circuli Minores LG & IE. in Superficie Sphæræ mundi descripti parallelè ad Æquatorem: à quo singuli 23½ distant. Describitur verò Septentrionem IE, nominatur Tropicus Cancri, alter verò Australis LG. Tropicus Capricorni. Sic dictum hic per trinominum Capricorni, ille per trinominum Cancri dicitur.

19. Circuli Polares sunt Circuli stellarum Minores, immobiles & Æquatori Parallelli C.F. & KM. Ille C.F. vocatur Polaris Arcticus, à Polo Mundi Arctico, cui est vicinus, Polaris Antarcticus alter KM. à Polo opposito. Concipiuntur describi per motum diurnum Poli Ecliptica F & K. sicut igitur puncta hæc, (§. 10) ita illos singuli distant à Polo Mundi sibi vicino 23½. Unde, cum AP. sit æquale 90 Gradibus (§. 9.) & C.P. per nunc lata æquale 23. 30. totidem AE (§. 18) erit EC. æquale 43. (§. 14. Arithm.) hoc est Circulus Polaris à vicino sibi Tropico distat 43. Poli tam Tropicorum, quam Circulorum Polarium, sunt iidem, qui Æquatoris.

20. Globus Cælestis est Polus (Fig: 3tia) ex Orichalco, Cupro, Cuarta & cæteris paratus, in quo stellæ in certos Asterismos, seu varias Hominum aliorumve animalium figuras ad facilem viam discernendi distributæ depingunturque proportione ac distantiam illam, quam in Cælo inter se habere ex observationibus dignoscuntur. In Polo hoc itaque cuncta considerandæ veniunt, quæ, in Sphæra Armillari disting: præterquam 1tum. quod Colures omittantur.

2do. quod Meridiani 24 describi soleant, pro numero nimirum horarum quas Dies unus Astronomicus continet. Hos tamen omnium vicem agit in usu Poli Meridianus Meneg. sucs in Trangulis ut in Sphæra Armillari dictum, utique inferius videbimus.

3tio. quia adjungitur Quadrans Meneg AB (Fig: 2da) qui in Grados æquales cum Æquatore Poli in ipso est, Mobilis in Meridiano Meneg circa Axicuum A. dum ad superiores Circulos Verticales aut Latitudines applicat.

21. Est vero Circulus magni usus, Circulus Sphæræ Maximus per Polos Ecliptica transiens, cujus Arcu mensuratur Latitudo Stellæ paulò infrà explicanda. Circulus porro Verticalis est, idem ac unus ex Maximis per Zenith & Nadir ducti, qualis est etiam quilibet Meridianus. Qui ita ducitur, ut simul per Polos Meridiani, sive Cardinem Orientis & Occidentis (§. 17) transeat, hic dicitur Verticalis Primus.



Fig: 3tia.



Fig: 2da.

Ulterior explicatio eorum, quæ in Astronomia Sphærica in Sphæra Mundi continentur.

Ut rite suoque ordine procedamus, quemadmodum commodissime subjungentur iis, quæ Capite priore explicata sunt, ita necessario scire [illegible] tractandis præmittenda sunt notiones præsentes.

22 Altitudo stellæ vel puncti alicujus est in Hemisphærio Superiore distantia ejus ab Hori-

Horizonte HR. (Fig. 4ta) mensurata per Arcum Circuli Verticalis TS. Eadem est Profunditas in Hemisphaerio Inferiore. Unde Altitudo Meridiana ea est, qualem mensurat Arcus Meridianus, ut MR. dum Sidus, aut punctum aliquod culminat, id est per Meridianum Loci cujusdem transit.



Fig. 4ta.

13. Declinatio Stellae, aut puncti alicujus in Superficie Sphaerae, est distantia ejus ab Aequatore. Circulus, cujus Arcus mensurat Declinatio, dicitur Circulus Declinationis, est unus ex Maximis per Polos Sphaerae ductis.

Latitudo Stellae, est distantia ejus ab Ecliptica, est vel Australis, vel Borealis, prout Stella Austrum, vel Boream versus ab Ecliptica removetur.

Longitudo Stellae, est Arcus Ecliptica, à principio Arietis, usque ad Circulum Latitudinis per Centrum Sideris Primo Graduatum transeuntem extensus. Unde Stella in Longitudinem [illegible] Sideris à Primo Gradu Arietis in Signa Consequentia, nempe in Taur. Gemino &c. Motus autem in Latitudinem, est ab Ecliptica versus Polum Borealem vel Australem.

89. Scholion. Hanc ego veram hujusce phænomeni causam ex eo apparet; quod si alter Oculorum leviter digito prematur, ita nempe, ut deturbetur naturalis concursus Axium Penicillorum, quibus idem Objecti punctum, in utriusq Oculi fundo depinguitur, objectum ipsum duplicatum sese nobis prodat. Cum enim subiato hoc concursu, similia puncta imaginum non apparerent amplius in eodem loco, sed in diversis, non unum duntaxat, sed duplex tunc videretur Objectum necesse est.

90. Corollarium 5ta. Non plura simul, sed unum duntaxat Objecti punctum conspici distinctè potest. Cum enim Axes Optici directè, reliqui vero omnes oblique ad Retinam appellant, cæteris fortè vitiatis, eam illi percellant: unde magis distincta fit visio, quæ per illos percipitur. Unum autem est punctum Objecti duntaxat, in quo illi concurrunt, quod præterea nobis repræsentant. Ergo non plura simul, sed unum tantum Objecti punctum distinctè conspicitur. Atque hinc est:

91. Corollarium 6ta. Nullum corpus videri à nobis distinctè posse, nisi ita moveantur Oculi, ut Axes optici in un-

gulis ipsius puncta succedendo dirigantur, & ideo ipsa esse aliquo temporis intervallo, ut corpus distinctè à nobis pervium æstimentur.

THEOREMA II.

Quæ sub majori Angulo conspiciuntur, majora apparent.

94. Demonstratio. (Fig: 13.) Sint duo Objecta B A, D N. quæ sub æquali Angulo ab Oculo O conspiciuntur, nimirùm B A, sub majori Angulo B e A. & D N. sub Angulo minori D e N. Dico Objectum B A visum iri majoris magnitudinis, quàm Objectum D N. Probatur: Quoniam recta B e, A e, in directum jacent, cum rectis e b, e a, quibus extrema puncta ab, imaginis ab, objecti A B, in Oculi fundo depinguntur, sicuti etiam recta D e, N e, cum rectis e D, e N. quibus in eodem Oculo sint extrema puncta cd, imaginis dn. Objecti D N, (§. 86.) æquales erunt Anguli B e A, a e b. sicuti etiam Anguli D e N, d e n (per Geom:) & ideo, quia ex hypothesi Angulus B e A, major sit Angulo D e N, etiam Angulus a e b, major erit Angulo d e n: ac præterea imago ab, objecti A B major quoque erit imagine dn, objecti D N. Majoris autem magnitudinis apparet Objectum, quod majorem sui imaginem, in Oculi fundo assingit. Ergo Objectum B A, majoris molis videbit, quàm Objectum D N, ac proinde, quæ sub majori Angulo conspiciuntur, majora apparent. Q. E. D.

THEOREMA III.



Fig. 14.

Quæ sub eodem, vel æquali Angulo conspiciuntur, apparent æqualia.

95. Demonstratio. (Fig: 14.) Sint æquales Anguli: A x B, D x E. sub quibus duo Objecta A B, D E, Oculo O O apparent. Dico objecta ipsa apparitura æqualia.

Probatur: Sint: x a, x b, x d, x e Axes Tenuiculos, quibus imagines ab, de, ipsorum objectorum in fundo Oculi O O depinguntur. Quoniam igitur recta A x, B x, D x, E x in directum incidunt cum rectis: x a, x b, x d, x e. (per §. 86.) & Anguli a x b, d x e, utroque æqualibus Angulis A x B, D x E, ad verticem oppositi, sunt æquales (per Geom:) imagines ab, de, erunt æquales. Æqualia autem apparent, quæ æquales sui imagines, in Oculi fundo depingunt. Ergo objecta A B, D E, apparebunt æqualia: ac proinde, quæ sub eodem vel æquali Angulo conspiciuntur, apparent æqualia. Q. E. D.

THEOREMA IV.

96. Quæ Oculus uno obtutu videt, intra limites Anguli recti continentur.

Demonstratio. (Fig: 1.) Data longitudine A B, sit Oculus in C, & Radius C A, ab uno extremo A in Oculum cadens, sit perpendicularis ad A B. Cum igitur Angulus ad A, sit Rectus, quæcunque ex C ducatur linea C D, sive C B, Angulus C, semper erit minor Recto (per Geom:) Ergo, quæcunque intervallo visus porrigatur, continet illud intra limites Anguli Recti. Q. E. D.

THEOREMA V.



Fig. 15.

95. Si objecti A B, directè Oculo C oppositi, magnitudo dimidia A D. sit ejusdem ab Oculo distantiæ C D æqualis, objectum totum visum non comprehenditur, nec una cum amplius eodem obtutu.

Demonstratio. (Fig: 15.) Ex hypothesi C D, æquale A D, & Angulus in D est Rectus. Ergo Angulus A C D, Semi-Rectus (per Geom:) Similiter ostenditur etiam B C D, æqualis esse Semi-Recto. Ergo totus Angulus visus A C B, sub quo videtur objectum A B, est Rectus. Sed hic ipso totum Objectum A B, nec quisquam præterea eodem obtutu videri potest (§. 94.) Q. E. D.

THEOREMA VI.



Fig: N.

96. Si distantia Objecti directè Oculo oppositi, sit minor dimidia magnitudine, objectum totum uno obtutu non comprehenditur: si contra, distantia sit major dimidiâ objecti magnitudine; præter illud, adhuc alia ei à lectum jacentia comprehendi possunt.

Demonstratio patet ex præcedente. Atque illo (quod etiam obviâ experientiâ licet comprobare) quanto magis dimidia distantia deficit à magnitudine, tanto minor objecti portio uno obtutu percipitur.

THEOREMA VII.

Objecti visi partes æquales non apparent æquales. Demonstratio. Sint (Fig: N.) C D & E D, partes æquales objecti C E, quod ita visum in Oculi in A. ut extremum ejus Centrum C, videatur per Radium A C, minimum ad objectum. Videbitur pars C D, sub Angulo C A D, pars D E, sub Angulo D A E. Jam autem (ex §. 94.) C A D, & D A E, sint acuti (§. 95.) adeoque si ex Diametro A D, ducatur Arcus B F, per se impari sui ad Oculum, quoad Circumferentiæ B A D, & D A F, fuerit B A D major, quàm D A F. Sed B A D, hoc est se, ad D A F, sicuti Arcus B D, ad Arcum D F. (§. 70 Geom:) Itaque Arcus B D, major Arcu D F, ex natura Proportionis Geom:, ac proinde etiam Ang: C A D major Angulo D A E

DAF. (per 96. Geom:) & hinc pars CD. apparet major, quam DE. (§. 30. Geom:) Q. E. D.



THEOREMA VIII.

Æquatum. vel ejusdem Objecti AB (Fig: N:2) magnitudines apparentes, sunt in minori ratione, quam distantiæ ab Oculo DF. & DG reciprocè. Demonstratio. Ponatur in Circulo ABG, subtendo AB, esse objectum visionis: Distantia Oculi minor sit ad minorem F. cor vero in majorem G. erit Angulus visionis in F. 2pl., Ni visionis in G. (§. 18. Geom:) Ergo apparens magnitudo in F, est 2pla apparentis magnitudinis in G (§. 30 Geom:) quam vero ratio ad GF. [illegible] C. recta, major est, quam FD, ut patet. Ergo tota DG, major est quam tota DF. sed DG est distantia cor, DF. distantia nor. Objecti ab Oculo ex hypothesi, Ergo distantia cor Objecti, ad norem, forem rationem dicit, quam 2pla. magnitudo apparens in F, ad apparentem in G. est in noti ratione, quam sit DG, ad DF. Q. E. D. [illegible] distantiæ, posito dicta minoris distantiæ

THEOREMA IX.

Æquales directa DB & DC (Fig: N:3) quæ alter DB. Oculo A directè objiciuntur: alter vero DC, obliqua in eadem distantia, inæquales apparent, viaturq; major, quod directè opponitur.



Demonstr: DC, apparet æquale DE, parti ex DB. (§. 38.) Ergo minor, quam tota BD. (§. 2.) Q. E. D.

THEOREMA X.

Objectum, quò remotius est ab Oculo, eò minus apparet.

97. Demonstratio. Objectum DC. (Fig: 16.) in minori distantia, spectatur sub Angulo majori DAC, quam sit dAC. sub quo spectatur in majori distantia. Ergo majus apparet in minori distantia (§. 92.) Q. E. D.



THEOREMA XI.

99. Æquales partes ejusdem rectæ horizontalis, apparent continuò decrescere, quò magis ab Oculo distant.

Demonstratio. Sint partes æquales ab, be, en (Fig: 17.) rectæ horizontalis AB, inspectæ è loco O, inæquales apparent, ita nempe, ut remotior en, videatur minor, quam minus remota be. Pars be, minor, quam vicinior ba. Ita porro. Ductis siquidem è loco O, unde spectantur, ad puncta: ab, e, n, rectis Oa, Ob, Oe, On, Angulus nOe, minor est Angulo eOb: & Angulus eOb, minor est Angulo bOa. Ergo æquales partes ejusdem rectæ horizontalis, &c: Q. E. D.



THEOREMA XII.

99. Ingens spatium per exiguum foramen videri potest, & eò quidem magis, quò magis Oculus ad ipsum foramen accesserit.

Demonstratio. Sit ex loco A (Fig: 18.) trans foramen ab, videtur ab Oculo A, spatium DB. & ex loco O, trans idem foramen ab, videtur ab Oculo O, spatium EF. Nam ex punctis extremis BD, spatii BD. per foramen ab, in Oculum A, possunt rectæ duci BA, DA. & ex punctis extremis EF, spatii EF. per idem foramen in Oculum O, rectæ quoque duci possunt: EO, FO. Ergo spatium BD. videbitur esse, trans lampa AB. Oculo A, & totum spatium EF. Oculo O. Item per visum conspici, ex quo stato omni ovice, linea recta in Oculi pupillam duci potest. Ergo ingens spatium per exiguum foramen videri potest &c: Q. E. D.

THEOREMA XIII.

100. Exiguum corpus opacum, intercipere nobis potest visionem visionem ingentis spatii, ultra illud positi: & eò id quidem maioris, quò illud objacuum fuerit Oculo vicinius.

Demonstratio. Sit Corpus opacum AB (Fig: 19.) quod intercipit Oculo A visionem spatii BD. & Oculo vicinioni O, visionem spatii amplioris EF. Punctis BD, in primo casu, & punctis EF. in 2do casu, ultima juncta, exquibus linea recta duci in Oculum possit. Ergo exiguum corpus opacum &c: Q. E. D.



THEOREMA XIV.

101. Eò minoris magnitudinis apparet objectum, quò magis in partem Oculo obversam inclinat.

Demonstratio. (Fig: 20.) Objectum AE, inspectum è loco O, minoris apparet motis, quò magis inclinat in partes BD. Evidens enim est, ductis ad Oculum rectis: AO, BO, DO. Angulum AOE, majorem esse, Angulo BOE, & Angulum BOE, majorem, Angulo DOE. Ergo eò minoris magnitudinis apparet objectum &c: Q. E. D.

THE-

THEOREMA XV.



102. Subtensa in Circulo, per totum Elementi Arcum Diameter vero, per totam Circuli Peripheriam æqualis apparet.
Demonstr: Anguli C & D (Fig: 21.) ac quotcunque ad Peripheriam eiusdem Arcui insistunt, sunt æquales: omnes item Anguli insistentes Diametro CB, ex quocunque Peripheriæ puncto, sunt inter se æquales (per Geom:) Ergo A & B, in quovis Elementi ACB puncto, CB vero per totam Peripheriam æqualis apparet (§ 93.) Q. E. D.

THEOREMA XVI.

103. Objecta parallela: FD, CA, sub eodem Angulo B visa, videntur se, ut distantia eorum ad Oculum.
Demonstr: Triangula CBA, & FBD (Fig: 21.) sunt æquiangula: quia Angulus B, utriusque Triangulo est communis ex hypothesi: Angulus autem A, est æqualis Angulo D, & Angulus C, est æqualis Angulo F (per Geom:) Ergo ita se habet FD ad CA, sicut BD ad BA (per Geom:) In Triangulis æquiangulis, latera homologa, seu æqualibus Angulis opposita sunt proportionalia. Q. E. D.

THEOREMA XVII.

104. Altitudo minor FD, inter Oculum B, & altitudinem majorem CA, quam habet ipsa distantia ad Oculum BD, ad alteriusdistantiam BA, totam altitudinem majorem CA, visui eripit.
Demonstr: FD (Fig: 1.) apparet in hac hypothesi æqualis cum CA, (§ 93.) Sed inter Oculum & aliquam altitudinem opposita alia altitudo, minuitque illam altitudinis, intra quam sonitur, visui. Ergo Altitudo &c. Q. E. D. Si FD majorem rationem habeat ad CA, quam BD, ad BA, tunc multo magis CA, eripitur visui: quia tunc FD, major apparet, quam CA.

CAPUT VI.

De Theoramatis Figuræ Visæ.

THEOREMA I.



105. Conjuncta apparent, quæ ita occurrunt Oculo, ut sint in eadem linea, nullumque corpus inter illa discernatur.
Demonstr: Sic duo corpora ABCD (Fig: 22.) visa è loco O, conjuncta videbuntur. Illa siquidem radiant in Oculum O, non secus, ac sublato corpore AB, in eum radiaret corpus CD. Ergo eandem prorsus imaginem efformant in fundo spiritus Oculi, quam in ipso efficeret corpus CD. Quemobrem perinde videantur, necesse est: ac si essent unum idemque corpus CD. Ergo conjuncta apparent, quæ ita occurrunt Oculo, ut sint in eadem linea, &c. Q. E. D.

THEOREMA II.



106. Linea recta jacens in directum cum centro Pupillæ, non distinguitur à puncto.
Demonstratio. Sic recta AB, (Fig: 23) apparebit instar puncti, si ad Oculum O, ita se habuerit, ut directi producta, per Pupillæ Centrum transeat. Extrema enim illius puncta A, B, veluti conjuncta apparent (§ 185.) Ergo linea recta, jacens in directum &c. Q. E. D.

107. Corollarium. Si autem superficies, aut corpus in directum jacent cum centro Pupillæ, superficies apparebit, ut linea; corpus autem, ut superficies.

THEOREMA III.

108. Si Oculus A, ad Centrum Figuræ B, ita dirigatur, ut Axis AB, sit perpendicularis ad planum, Figura vera apparet.
Demonstr: Fig: 24. Sit Figura, quæ spectatur Quadratum: erit EF, æquale CD, æquale EC, æquale FD (per Geom:) Quadratum enim est, quod habet omnes Angulos Rectos, & Latera omnia æqualia.) & CB, æquale BE, æquale DB, æquale BE (itidem per Geom:) Præterea Anguli ad B sunt Recti: cum AB sit perpendicularis, ad centrum Figuræ, & eadem AB, est Latus commune Triangulis ACB, ADB, AEB, AFB. Ergo omnia hæc Triangula ac proinde etiam Anguli CAB, BAD, BAF, EAB, sunt inter se æquales (per Geom:) Videntur igitur rectæ EB, BD, CB, BF æquales (§ 93.) Quare, cum ex superius allatis Triangulis, Latus quoque AE sit æquale AC, æquale AD, æquale AF, proinde ostenditur ex eisdem Geomi loco Triangula AFE, ACE, ACD, ADF, ac proinde etiam Angulos: EAF, EAC, CAD, DAF, inter se æquare. Videntur igitur Latera quoque, FE, EC, CD, & DF: inter se æqualia, prout re ipsa sunt (§ 93.) Sed visis Figuræ Lateribus, prout re ipsa sunt, debet utique Figura vera apparere. Ergo in dicto casu apparet vera.

109. Corollarium. Si extra centrum Figuræ ponatur Oculus, Quadratum apparet Rhombus, Circulus prope Ellipsis.

THEOREMA IV.

110. Arcus, aut linea curva, inspecta ab Oculo, qui in eodem plano cum illa existit, è longinquo instar recta apparet.

Demonstratio. Sit linea curva AaB (Fig: 25) descripta in plano AOB. Sane ab Oculo O posito in eodem plano inspecta, non discernetur à recta AB. Curva AB, apparet æqualis recta AB (§ 99) Ductis denique à Centro Pupillæ, per singulas illius puncta A, a, et B, rectis OA, Oa, Od, On OB, possit ex eadem A, positus curvæ non discerni à puncto B, recta AB. neque punctum a à puncto a, atque ita ad cæteris, Ergo linea curva AaB. nequit discerni à recta AB. Q. E. D.



111. Corollarium. Hinc patet ratio, cur Circuli rotundæ, è longinquo inspecta, instar plani Circularis apparent.

THEOREMA V.

112. Magnitudines Angulosæ, in maiori distantia rotundæ apparent.

Demonstratio. A, qui ABCD (Fig: 26) in maiori distantia conspicitur. Sed his planis decentibus remanent circularis Figura. Ergo magnitudines Angulosæ, in maiori distantia rotundæ apparent. Q. E. D.

THEOREMA VI.

113. Rectæ Parallelæ, ab Oculo intra eas posito inspectæ, quò longiùs abeunt, eò magis ad se mutuò accedere videntur.

Demonstr: Sint Parallelæ CGDH (Fig: 26) inspectæ è loco A, quæ ita apparebunt, ut earum puncta CD, FEGH continuò accedere ad se mutuò videntur. Cum enim oculus parallelismum, intervalla, sive rectas extremaiacentes CD, et FE, GH, sint æquales, apparebunt autem inæquales, inspectæ è loco A. Eò quidem, ut quò sint remotiores ab hoc loco, eò minoris magnitudinis videantur (§.) ac proinde ut linea particula CGDH, continuò mutuò ad se accedere Oculo A inspectæ necesse est. Q. E. D.



114. Corollarium. Visibile, maximum vix magnum, potest adeò ad Oculo recedere, ut non amplius discernatur. Ratio est: diquidem Objectum ut Angulus, sub quo conspicitur ab uno minuto secundo deficiat.

115. Corollar: 2m. Si distantia, quam ad se mutuò habent duo corpora, æquium in Oculo efficiat minorem uno minuto secundo corpora ista sibi mutuò contigua apparebunt. Ratio est: contigua enim videntur, quæ ita nobis apparent, ut nullum plane intervallum, inter illa discernatur. Itaque

116. Corollar: 3m. Minutum non est, si sensibilia quoque corpora, licet innumerabilibus poruliis inspecta, plane continua videantur. Ratio: sunt enim poruli adeò exiguæ magnitudinis, ut Angulum sub eis ad Oculum minor minuto minuto secundo.

117. Corollar: 4m. Corpora scabra, si maximè ab Oculo distant, lævigata apparent. Ratio est: auctâ diquidem distantiâ, insensibilis diminuitur Angulus, sub quo illorum cavitates & prominentiæ nobis se produnt.

CAPUT VII.

De Theorematis Visionis, Numeri Loci, Distantiæ Objectorum ab invicem.

THEOREMA I.

118. Fieri potest, ut visibile H, ad dextram aut sinistram situm, Oculo A in directum jacere videatur.

Demonstratio. Parallelæ DH, & CG (Fig: 26) Oculo inter eas posito, aliquibi coire videntur (§ 113.) Quo dirigitur Oculus fuerit in illo puncto. vg: A, ex quo puncta G & H concurrere videntur in B, Objectum in H dextrorsum, aut si sinistrorsum positum, videbitur directè in B. Q. E. D.

THEOREMA II.

119. Visibilia remota, apparent obscura, minùs distincta & magis distantia, quam re vera sint.

Demonstratio: Cùm ob distantiam, radii ab Objecto emissi, rariores & debiliores in Oculum incidant, longiùs efficiant Retinam, nec imaginem satis exprimunt. Ergo videntur obscura: cùm sint visibilia, uti imago expressa videaque & minùs distincta, & propterea magis remota. Q. E. D.

THEOREMA III.

120. Si spatium inter objectum C & objecta D ac E. interjectum, spectatoribus in A & B imperceptibile fuerit, idem C, in diversis locis videbitur.

DE=



Fig: 27.

Demonstratio. Quoniam (Fig: 27.) distantia CD, imperceptibilis est Spectatori in B, apparebit distinctè objectum C, contiguum, aut planè continuum cum D, Spectatori autem in A, ob eandem rationem cum E. Igitur ab uno videbitur in D, ab altero in E. Q. E. D.

121. Nota. Loca ista D & E, ad quæ ita objectum C refertur, dicuntur Loca Optica.

CAPUT VIII.

De Theorematis Visibilium quò ad motum.

THEOREMA I.

122. Quæ velocissimè moventur, nisi sint valde lucida, non videntur: ista autem, si in gyrum agantur, Circulum complere videntur.

Demonstratio. Nihil videtur, nisi quod in Oculos radiat (§ 42.) Sed corpus velocissimè motum, nisi sit valde lucidum, ab ipsa velocitate motûs impeditur, ne suæ sensibili perceptione radiet in Oculum. Ergo quæ velocissimè moventur, &c. Q. E. primum.

2dò Corpus moveri videtur per hoc, quod ex aliis atque aliis succedendo locis in Oculum radiare discernatur. Sed, dum corpus valde lucidum, v.g. Sol, velocissimè circumagitur, tum ob vehementiam impulsûs, quo sing. alis in punctis lumen ejus in Retinam, tum ob ipsam celeritatem transitûs, de puncto in punctum simul videtur radiare ex omnibus punctis Circuli, atque adeo per modum unius continui apparere debet. Q. E. alterum.

THEOREMA II.



Fig: 28.

123. Objectum quamcunque celeritate motum, quiescere videtur, si ratio spatii intervallo unius Minuti 2di descripti DE, ad distantiam ab Oculo AD, sit imperceptibilis. Demonstratio. DE & DA (Fig: 28.) est sicut Tangens Anguli EAD, sub quo videri adhuc spatium motûs DE, ad Sinum totum per Tangentes. Ergo, si ratio DE ad DA, est imperceptibilis, Etiam ratio Tangentis ad Sinum totum evanescit; ac proinde Angulus EAD fit imperceptibilis. Sed hoc pacto etiam spatium motûs evadit invisibile. Ergo objectum D, in eodem loco permanere, sive quiescere videtur.

124. Corollarium. Ex hoc nec habebitur ratio, cur Indicis Horologii, ob tarditatem, Luna autem nimiam distantiam non videatur moveri.

THEOREMA III.

125. Si duo objecta in distantia inæquali æqualiter moventur, id, quod est remotius, tardius moveri videtur.

Demonstratio. Quia DH, (Fig: 26.) æquali celeritate feruntur, eodem tempore æqualia spatia percurrunt DC & GH. remotius spectatur, sub minori Angulo, adeoque minus apparet, quam DC. Ergo G per minus spatium videtur eodem tempore ferri Angulo minus movetur. Q. E. D.

THEOREMA IV.



Fig: 29.

126. Quando objectum remotum tardius movetur, quam vicinum, vicinioris motus celerior apparet, quam re ipsa sit. Demonstratio. De motibus, quorum corporum simul videntur, sic comparationem: Ergo cum vicinis motus celerius moveri videatur, quam remotis, etiam tunc, cum ab æquali celeritate moventur, multo celerius videbitur tunc, quando remotius, adeoque tardius movetur.

THEOREMA V.

127. Si Oculus recta vergat, objectum remotius, quod ex latere existit, ac oculus sit, inverso moveri videbitur in oppositam. Demonstratio. Si objectum in E (Fig: 29.) apparebit illud ab A, per rectam AB, progrediente in D, si Oculus sit in C, apparebit objectum in G, si in motu Oculus sit in B, objectum videbitur in F. Ergo videbitur in oppositum moveri. Q. E. D.

THEOREMA VI.



Fig: 30.

128. Idem fit, si Oculus celerius, objectum tardius moveatur.

Demonstratio. Existat Oculus in A (Fig: 30.) Objectum in B, [illegible] moveatur Oculus in F, & objectum tardius in D, apparebit in G (§ 120.) Ergo videbitur regredi. Q. E. D.

THEOREMA VII.

129. Etiam, quæ ad latera existunt, si Oculus movetur, videntur ab invicem recedere.

Demonstratio. Quò propius Oculo A accedit linea ipsa GH (Fig: 26.) eò linea hæc videtur major (§ 92.) Ergo corpora in G & H posita majori spatio sibi distare apparebunt, vicinius accedente Oculo, quam ante apparebant. Sive, quæ idem est, sensim à se invicem recedere videntur. Q. E. D.

THEOREMA VIII.

130. Si duo æquali celeritate moventur, tertium verò quiescit, aut motu imperceptibili moveatur, videbuntur illæ qui-

escere, hoc in oppositum cum illis moveri.
Demonstratio. Cum ergo non nisi distantia inter se, distantia eorum a se invicem non mutatur, atque eumdem rationem alterius quiescere videtur: dum verò interea quiescens objectum pretereunt, & situm suum ratione ejus mutant, illud in oppositum moveri videtur. Q. E. D.

131. Corollarium. Hinc Luna (quamvis quæ motu ab nimiam distantiam imperceptibilis sit) currere videtur tunc, quando nubes æquabiliter transeunt.

THEOREMA IX.

132. Si Oculus celerius movetur, objecta etiam vicina juxta latera quiescentia, in contrarium moveri videbuntur.
Demonstr. In casu posito, objecta latera quiescentia situm ratione hominis non mutant, eamque in Retina Oculi alia ad istam aliis partibus ita in objecti imago occupat, semimo, & succedant alior et alior objectorum imagines. Videntur igitur ista objecta oculum versus moveri, adeoque in contrarium, ac Oculus feratur. Q. E. D.

THEOREMA. X.

133. Duo objecta ita mota, ut celeritates sint distantiis ab Oculo in toto proportionales, videbuntur moveri æqualiter.
Demonstratio. Tempore motus utriusque objecti dimoniturque eodem. Ergo celeritates sunt, ut spatia respondentia FD & CA. Fig. 1
A. Sed illa sunt proportionales distantiis, ut supponitur. Ergo & Spatia FD & CA, sunt proportionalia eadem distantiis, ac tramite ducuntur ejus eodem Angulo (§. 103.) ac eoque æqualia (§. 03.) sed quæ non nisi tempore eodem transeunt, videntur æqualia, videntur æqualiter moveri. Ergo duo objecta ita mota. Q. E. D.

CAPUT IX

De Problematibus Visionis.

PROBLEMA I.

134. Detur distantia AB. (Fig. 1.) & magnitudo apparens CBA; invenire magnitudinem veram CA.
Resolutio. Per Geometriæ descriptam lineam BA, in particulis, Scala Geometrica proportionalem linea distantiæ: Fiat in B, angulus CBA. atque, ex A erigatur Perpendicularis, quæ occurrat lineæ BC, erit AC. in particulis altitudini veræ æqualis, ad Trigonometrica. Sicut se habet sinus totus ad distantiam BA: ita Tangens magnitudinis apparentis CBA, ad altitudinem AC.

PROBLEMA II.

135. Detur distantia BA & altitudo vera AC,: eruere magnitudinem apparentem.
Resolutio. Ut distantia BA (Fig. 1.) ad altitudinem AC: ita Radius totus, ad Tangentem Anguli B.

PROBLEMA III.

136. Detur distantia BD. objecti magnitudo DF. invenire distantiam, in qua objectum aliud CA, priori æquale apparet.
Resolutio. Dicatur (Fig. 1.) ut FD, ad DB: ita objectum AC, ad distantiam BA. Demonstratio. Quia duo eorum, ut æquales Angulos videntur, apparent æqualia (§. 93.) sed posita ista proportione, duo æquales Anguli videntur. FD & CA. (§. 103.) Ergo ita: Q. E. F. & D.
Diversæ variatio hæc Problema potest: juxta ea, quæ in Geometria ac Triangulis tractantur.

PROBLEMA. IV.

137. Detur distantia objecti a nero, ea in vg. 30. quæritur magnitudo imaginis, quæ altitudine 50 Pedum apparet 6. Pedum.
Resolutio. Determinetur per Scalam Geometricam linea AB (Fig. 2.) æqualis distantiæ 30 Pedum. Erigatur ex B perpendicularis BC: Sumantur ex B, versus C 6 Pedes vg. BE, tum 50 Pedes BD. Fiat ex A arcus BF, item ad E & D ducantur lineæ AE. AD. secabunt illa Arcum in m & n. Arcus Bm, transferatur ex n in O. Ducatur AOC: designabit BC, magnitudinem imaginis, quæ ex A videbitur 6 Pedum.
Demonstratio. Quia duo eorum in Angulo videntur, apparent æqualia (§. 93.) ergo ut magnitudo BE & DC. apparent, quia æquale Angulo ex constructione. Ergo cum ex eadem constructione, BE. sit 6 Pedum, totidem etiam apparet CD. Q. E. F. & D.

PROBLEMA V.

138. Cubiculum vel Palatium construere, quod ex omnibus suis Angulis, æquali magnitudine apparet.
Resolutio. Fiat Polygonum regulare per Regulas Geometriæ (vg. Fig. 32) In quocunque hujus ædificii Cubiculo versetur, Scamnum, Mensa omnia apparebunt æqualia, ac ordinata & Pulchra videbuntur.
Demonstratio patet ex § 102. si Polygonum quasi Circulo inscriptum concipiatur.
Ex quo etiam sequitur, Figuram istius modi Theatri apissimam esse. Si nempe in Circulo



culo (Fig: 21) sustensa AB, Aspectoribus: Segmentum verò AEB, Spectatoribus locum concedit. Æquali enim magnitudine locq Aspectoribus designatus, undique spectabitur.

PROBLEMA VI.

Picturas formare, quas Tranmorphicas appellant: quarum genuina forma tantum ex certo puncto conspicitur.

Resolutio. 1mo Fiat Quadratum ABCD (Fig: 36.) quod in areolas illas quotcunque resolvatur. (§ 84 Geom.) 2do In hoc Quadrato delineatur Prototypon, seu imago deformanda. 3tio Ducatur (Fig: 37.) linea EF. Lateri prioris Quadrati aequalis, & in totidem cum illis partes divisa. 4to In medio Lineae GF, erigatur Perpendicularis GH. tanto longior, quo imago deformior apparere debet. 5to Ex H, erigatur Perpendicularis HI. tanto brevior, quo Imago deformior apparere debet. 6to Ex singulis divisionum punctis lineae EF. ducantur rectae ad H. & puncta F atque I, conjungantur itidem recta FI. 7mo Per puncta intersectionum lineae FI. utpote, per a, b, c, d, agantur lineae ad EF, Parallelae; erit EF, a m, craticula Ectypi. 8vo Per singulas areolas huius craticula dispergantur, quae in respondentibus areolis Prototypi delineata conspiciuntur: & habebitur deformis Imago, quae nonnisi ex Oculo GH, & per altitudinem Oculi HI. formosa apparebit. (§ 30.) Quomodo duo modi imagines Conspicua, inversae sint, videre licet in A. de Chales, Optica L. 2. Tract: 72, P. Jacquet. & Schotti Magia Optica.



OPTICÆ UNIVERSÆ PARS II SIVE CATOPTRICA

Quemadmodum Optica, circa Visionem corporum Directam: ita Catoptrica circa Reflexam versatur. Agit proinde Catoptrica, ac Visione Objecto in Speculis. Ex hisce enim ita lumen reflectitur, ut imaginem Objecti in illa radiantis secum quodammodo deferat. Proponit quoque hac Scientia mira Speculo phænomena, quorum magna pars quotidie usui humano obvenit: attamen longè plura demotiora sunt ab Oculis, nec nisi studiò experimentis in apertum prolata; & hæc quoque, quæ passim occurrunt, occultioribus Naturæ peragunturLegibus: quas Principia ad præsens explicanda, suisque Theorematis illustranda veniunt.

CAPUT I.

De Definitionibus.

1. I. Catoptrica est Scientia Visionis Reflexæ.
2. II. Visio Reflexa est, quam efficit Radius reflexus à Speculo.
3. III. Speculi nomine, superficiem quamvis politam, aut lævigatam intelligimus, Lumini reflectendo aptam.
4. IV. Speculum Planum est, quod planam, Convexum, quod convexam, Concavum, quod concavam habet Superficiem. Per Convexum & Concavum Speculum, communiter intelligitur Sphærico-Convexum, aut Concavum: Cujus generis Speculo alio nomine etiam Sphærica dicuntur.
5. V. Speculum Cylindricum, quod cylindricam, Conicum, quod conicam habet Superficiem: ita & Ellipticum, Parabolicum a sua formadicunt.
6. VI. Punctum Incidentiæ, est punctum Speculi B. (Fig: 1.) in quod incidit Radius AB. Idem est punctum Reflexionis, ratione Radii Reflexi BC.
7. VII. Radius Incidens, seu Incidentiæ Linea, est recta AB. a puncto radiante, ad punctum Incidentiæ ducta.
8. VIII. Radius Reflexus, seu linea Reflexionis, est recta BC, per quam lumen a puncto Reflexionis resilit.
9. IX. Cathetus Incidentiæ, est AF. demissa Perpendicularis à puncto Incidentiæ in planum Speculi.
10. X. Cathetus Obliquitatis, est DB Perpendicularis ad punctum Inciden-



tiæ

tia. Indubitatum autem apud omnes, & variis experimentis comprobatum est, quaecunque sit Speculum Cathetos Incidentiæ & Reflexionis, esse in plano Catheti Inclinationis, seu Obliquationis, quod ad perpendiculum insistit in puncto Incidentiæ.

11. XI. Semidiameter Speculi tam Concavo-Sphærici, quàm Convexo-Sphærici, dicitur Radius Sphæræ, cujus Superficiei una valuti portio, est ipsa Speculi Superficies. Ut si recta xB (Fig: 2.) fuerit Radius Sphæræ, cujus Superficiei una portio, sit Superficies Concavi Speculi ABC. recta xB, erit Semidiameter etiam ipsius Speculi ABC.

12. XII. Axis Speculi, tam Concavo-Sphærici, quàm Convexo-Sphærici, est recta ducta à Centro Speculi ad perpendiculum incumbens puncto, quod in ipsius Speculi medio existit. Sic (Fig: 2) recta DB. ducta per centrum x, est Axis Speculi ABC. vocatur ac perpendicularis etiam bene puncto B. quod secari posset, vitati centrum ipsius Speculi.

13. XIII. Focus Radii Speculi est punctum, in quo Radii ex illius superficie reflexi simul reversa unantur. Focus verò Imaginarius, est punctum, in quo Radii ex superficie reflexi simul unantur. Focus Speculum recta tangent. Ut si Radii bc, de. reflexi ex superficie Speculi ABC (Fig: 2.) reverse uniantur in puncto e, erit Focus Radii puncti c. Cum verò s, in quo Radii reflexi bc, dn, sit Focus Speculi DEF. (Fig: 3.) Imaginarius.

14. XIV. Angulus Incidentiæ luminis, est ille, quem ad partem Incidentiæ cum Speculo Plano, in quod cadit Radius Incidens, seu Directus AB. Talis Angulus est ABF. (Fig: 1.) Angulus verò Reflexionis est ille, quem cum eodem Speculo Plano facit Radius CB. ad partem Reflexionis, ut Angulus CBE, posito nempe, ut lumen ex puncto radiante A, incidat in punctum D, plani EF, & resiliat in C.

15. XV. Angulus Inclinationis Radii, tam Directi, quàm Reflexi dicitur ille, quem in puncto Incidentiæ & Reflexionis, cum Axe, seu Cathetos Obliquationis constituit. sic (Fig: 1) Angulus DBA, est Angulus Inclinationis Radii Directi AB. & Angulus CBD, est Angulus Inclinationis Radii Reflexi CB.

16. Anguli Reflexionis & Incidentiæ, in Speculis, tam Concavo-Sphæricis, quàm Convexo-Sphæricis, considerantur bene rectum Tangentem Superficiem Speculi in puncto Incidentiæ & Reflexionis. Ut, si in superficiem Speculi Concavi ABC (Fig: 2) vel Convexi DEF. (Fig: 3.) incidat Radius AB, qui resiliat in B, ducatur per punctum b, recta Tangens MN, erit ab N, Angulus Incidentiæ, ab M, Reflexionis. Ducta verò à Centro x, Concavi Speculi ABC, ad punctum Incidentiæ b, recta xb, erit abx, Angulus Inclinationis Radii Reflexi bc. Est enim recta xb, Tangenti NM. Perpendicularis.

CAPUT II.

De Theorematis Speculi Plani.

THEOREMA I.

17. Radius Luminis in politam Speculi Superficiem cadens, ea constanti Lege reflectitur, ut Reflexionis Angulus sit Angulo Incidentiæ æqualis.

Demonstratio. Radius A (Fig: 4.) incidat in Planum Speculi CD. secundum rectam AB, & resiliat secundum rectam BF. Recta autem AC, dimittat circulum quæ in Incidentia movetur secundum directionem Plani CD, perpendicularem à recta AE, circulum, quod secundum directionem eiusdem Plani ex altera hac movetur, similiter BE circulum, quod secundum Reflexionem, vel à BD circulum, quod secundum directionem Radii Luminis in Reflexione [illegible]. Dico, inquit, ut Angulus Reflexionis FBD, sit Angulo Incidentiæ ABC. Quoniam, ut ex [illegible] sectionem AC FE, quam recta AE BD. Positis nanque Radianuis AE, BC, BE, E, cum recta AE, BC, sint æquales, per Geom. sicut etiam recta EA, BD, per hypothesim, æquales, idem erunt inter se recta BC, BD. Sunt etiam æquales, hanc ob rationem ob causam recta AC, FD, necnon Anguli ACB, FDB, atque rectæ, inter se [illegible] quoque BF, ex [illegible] Triangulis FBD, Hypotenusam AB, Trianguli ABC, æquabit (per Geom.) erunt ac Triangula FBD, ABC, ut ro de mutuo æqualitera, ac proprea quinque, [illegible] dictis, quæ [illegible] [illegible] [illegible]

18. Corollarium tertium. Ex hoc Theoremate sequitur: nec plures Radios ad unum punctum, ex eodem Speculi puncto, nec eundem Radium ad plura puncta reflecti posse: Nam in primo Casu plures Anguli Incidentiæ, eidem Angulo Reflexionis: in 2do autem, plures Anguli Reflexionis, eidem Angulo Incidentiæ essent æquales; atque eidem puncto versus eandem plagam insisterent plures Anguli inter se æquales; quod repugnat.

19. Corollarium quartum. Anguli Inclinationis Radii Directi & Reflexi sunt æquales. Ut si ex radiante puncto A (Fig: 1.) incidat lumen in punctum B, & resiliat in C. erecta Perpendiculari DB, Anguli ABD, CBD, erunt æquales. Cum enim equales sint Anguli, DBF, DBE, utpote Recti, æquales nequeunt esse Reflexionis & Incidentiæ: ABF, CBE, quin etiam Anguli Inclinationis ABD, CBD, sint æquales.

20. Corollarium quintum. Radii nisi ex certo, & unum omnem directionem movetur, non posse Reflexionem, qua, cum incideret movebat. Si enim secus, Angulus Reflexionis, Angulo Incidentiæ non esset æqualis. Hinc assignantur:

LEGES QUIBUS.

21. Ex Speculorum Superficie Radii Luminis Parallelli reflectuntur.

I. In omnibus Speculis Radii perpendiculares incidentes, in seipsos reflectuntur. In neutram siquidem partem inclinari possunt: quin Angulus Reflexionis, sit æqualis Angulo Incidentiæ.



Fig: 5.

22. II. Radii obliqui in Speculum cadentes, reflectitur ad partem Anguli Obtusi. Sic Radius ab (Fig: 5.) incidens obliquè in Speculum AB, reflectitur in partem Anguli Obtusi abB, nempe in d. Si namq; redire in se ipsum, vel intra Angulum ab A, reflecteretur, Reflexionis Angulum Angulo Incidentiæ minime, ut patet, æquaret.



23. III. Radii Incidentes parallelli in Speculum Planum, Parallelli itidem reflectuntur. Sic Radii parallelli; ab, em (Fig: 5) incidentes in Speculum Planum AB, ita ex illo resiliunt, ut Reflexi bd, mn, sint itidem Parallelli. Sicuti enim æquales per hypotesim sint ∠ bA, emA; ita etiam Anguli dbB. nmB., sunt inter se æquales. Ergo Radii db, nm, sunt Parallelli.

24. Corollarium. Itaque Speculum Planum Soli expositum, ad ignem accendendum, omnino ineptum est. Solares siquidem Radii, quin illud cadunt, per Reflexionem non fiunt densiores.

25. IV. Luminis Radii, qui sine ulla aliqua ex æquo distantes, in Concavam Sphærici Speculi Superficiem incidunt Parallelli, tum inter se, tum ipsi Axi, in uno communi Axis puncto, post Reflexionem uniuntur. Sic Radii ab, mz (Fig: 2) Parallelli, tum inter se, tum Axi DB, Concavo-Sphærici Speculi ABC, in cujus Superficiem cadunt, unientur post Reflexionem, in uno communi Axis puncto e. Si æque distantes ab ipso Axe fuerint: si nimirum Arcus bB, Bz, fuerint æquales. Cum enim Radius ab reflectatur ad partem Anguli Obtusi abM (§ 22.) Radius Reflexus be, decabit Axem in uno puncto e: Radius autem mz ita resilit, ut per punctum e. itidem sit transituras.

26. V. Lucido existente in Foco Speculi Concavo-Sphærici, omnes illi, Radii, qui in Speculi Superficiem cadunt: resiliunt, tum inter se, tum Axi ipsi Speculi parallelli. Sicuti enim Radii ab, mz (Fig: 2.) incidentes, Parallelli in Concavam Sphærici Speculi ABC. Superficiem, in Foco e, post Reflexionem uniuntur (§ 25.) ita vicissim necesse est, ut Lucido existente in Foco e, Radii Incidentes, eb, eL resiliant parallelli.

27. VI. Radii Luminis incidentes, parallelli in Convexam Sphærici Speculi Superficiem, dispergantur. Sic Radii Luminis: ab, mz (Fig: 3.) qui cadunt in Convexam Sphærici Speculi Superficiem DEF, tum inter se, tum illis, Axi EO, parallelli, ita resiliunt, ut alter in e, alter in n progrediatur. Neque enim, si secus Reflexionis Angulus, Angulum Incidentiæ, ut perspicuum fiet considerantis, æquaret.

28. Corollarium. Cum igitur Lumen Solis è Convexo Speculo reflexum dispergatur, ac proinde ejus vis continuò debilior fiat Speculum Convexo-Sphæricum ad Ignem accendendum omnino ineptum est.

THEOREMA II.

29. A quolibet puncto Speculi reflectuntur Radii cujusvis puncti ex objecto.

Demonstratio. A quolibet objecti puncto, ad quodvis Speculi punctum incidunt Radii (§ 30 Opt: obser: 1.) Sed omnis Radius Incidens in corpus sibi impervium reflectitur (§ 34. obser: 5.) Ergo a quolibet puncto Speculi reflectuntur Radii cujusvis puncti ex objecto. Q. E. D.

30. Corollar. Cum ab uno puncto Speculi Radii ex diversis punctis objecti emanantes, nequeant (objecti in idem punctum (§) debent post reflexionem divergere. Libet itaque Radius punctum illud, unde emanavit, videri facit (§ 32. Opt:) Atque hinc diversitas, inter corpora aspera & Specula patet: cur in his, non autem in illis, Objecta repræsentantur:

quia

quia nempe Speculi ex diversis Objecti punctis illapsos Radios, non confundunt: quemadmodum corpora aspera, ob superficiei multiplices eminentias & cavitates.

THEOREMA III.

31. Quodlibet punctum Objecti radiantis in Speculum Planum, eo in loco post ipsum Speculum apparet, in quo Radij Reflexi, per quem conspicitur, concurrerent cum Cathetis Incidentiæ, si directè post ipsum Speculum producerentur.

Demonstratio. Ex pluribus Radiis (Fig: 6.) qui è puncto D, objecti DE, cadunt in superficiem Plani Speculi aF. duo Da, Db, ita recidunt per am, bx, ut cuipiam subeant spectantis Oculi O. ipsumque ita afficiant, ut Imaginem radiantis puncti D. in fundo ipsius Oculi efforment. Indirectum autem producti, concurrant ipsi Radijam, bx, in puncto d. Quoniam dor quippe d a n. m a b, D b a, x b F. Reflexionis & Incidentiæ æqualitatem (§. 17.) perinde, se habent Radij; ma, xb, a D. si ex puncto d, per a & b recta procederent.



Fig: 6.

Dico 1mo Punctum concursûs d, esse in Cathetos D n, radiantis puncti D, infra Speculum producto: sive, rectam nd, ductam à puncto n, per punctum d, cum recta d n, in directum facere. Probatur. Quoniam Anguli: m a b, D a n, Reflexionis, & Incidentiæ sunt æquales (§. 3.) Jacenti etiam duo: m a b, n a d. (cum sint) etiam duo: D a n. n a d, erunt æquales. Duo autem, D a n, D a b, æquales sunt duobus: n a d, d a b, utpote, quæ tam isti, quam illi valeant duos Rectos. (per Geom:) Ergo Anguli quoque D a b Angulum b a d æquabit (Item per Geom:) Quorum, cum æquales sint inter se etiam d B A, d b a, ideo, quod tam Anguli D b a, qui est Incidentiæ, quam Anguli d b a, qui est cum x b F Verticalis, Angulum x b F æquent, duo Triangula: a D b, a d b, habebunt duos Angulos, duos Angulos, quibus ad latus acet commune. Latus ad, æquales, alterum alteri: Igitur tria n Lata a D, unius a D b, æquale erit Lateri ad, alterius a d b. (per Geom:) Demonstratu est autem Angulus D a n, æqualis esse Angulo d a n: & Lata a n, est commune utrique Triangulo D a n, d a n. Ergo Basis quoque D n, est æqualis Basi d n: & totum Triangulum D a n, toti Triangulo d a n, ita nempe: ut sint inter se æquiangula. Angulo ergo d n a, æqualis Angulum D n a. Quorum autem D n a est Rectus (§. 9.) Ergo Rectus erit etiam Angulus d n a: ac proinde ducta D n, d n, erunt sibi mutuò in directum posita: adeoque punctum concursus d, est in Cathetos radiantis puncti D, infra Speculum producto.

32. Dico 2do Punctum D, objecti DE, visum in post Speculum in F, ab Oculo O. in puncto d. Demonstratio: Duo Radijam bx, ita afficiunt Oculum O, perinde, ac si venirent ambo à puncto d. Ergo necesse est punctum d. Objecti DE, cujus puncti: imaginem Radij ipsi in Oculi fundo delineant, in loco d, post Speculum apparere: quemadmodum eo in loco illud apparet, & re vera ibi est: & ex illo per Radios: d m, d x, Oculum ipsum reipsa afficeret. Ergo quoties et punctum Objecti radiantis in Speculum Planum, eo in loco post ipsum apparet, Dico: Q. E. D.

33. Corollarium. Quoniam recta D n, n d, in modo demonstratum est, sunt æquales, quæ est punctum Objecti, in Planum Speculum radiantis, in eo visi, in tanta distantia post ipsum Speculum nempe apparet, in qua ante illud est punctum radians. Demonstratur. Ut enim D n, metitur distantiam puncti D, objecti DE. a Speculo nF, in quod radiat: ita recta d n, distantiam definit, in qua punctum illud, post ipsum Speculum, ab Oculo O conspicitur. Punctum quippe D, videtur post Speculum in loco d. Ergo, cum recta D n, n d, sint æquales, patet propositum.

THEOREMA IV.

34. Imago Objecti, quæ in Speculo Plano apparet, est similis, & æqualis, ipsi Objecti, eodemque modo se habet, ad Speculum, ac illud se habet ipsum Objectum.

Demonstratio. Sit Imago b m, objecti BM (Fig: 7.) quæ in Speculo Plano n G, ab Oculo O conspicitur, est omnino similis & æqualis ipsi Objecti BM, eo plane modo illa se habet ad ipsum Speculum, quo ad illud se habet ipsum Objectum BM. Sumptis enimvero Objecti trium punctis, B, D, M, ductis Cathetis Bb, Dd, Mm: cum sit Bn, æqualis nb, Da æqualis ad, & Me, æqualis em (§. 33.) evidens est, si Planum nB, Me, revolvi concipiatur circa immotum Latus ne, fore, ut punctum B, cadat super punctum b: punctum D, super punctum d, & punctum M, super punctum m, adeoque Objectum BM, supra sui Imaginem bm. Ergo duo BM, bm, similia, sunt æqualia, atque ad Speculum nG, similiter posita sunt.



Fig: 7.

35. Corollarium. Si objectum fuerit Speculo Plano, in quod radiat parallelum, eumque parallelum in illo videatur. Perpendiculare, si ad Perpendiculum Speculo insistit: inclinatum vero ad illud, & quidem sub æquali Angulo, si objectum obliquè ad ipsum Speculum se habuerit.

THEOREMA V.

36. In Speculo dextra apparet sinistra & vicissim.

Demonstratio. Dum Speculum quis inspicit, dextra manu, videtur in Cathetos sui Incidentiæ, sic etiam sinistra, adeoque ubique

utraque è regione sui (§ 32.) Sed quando duo Homines sibi occurrant, dextra unus, alteri sinistra dexterum respondet. Ergo etiam, dum hac ratione sua Imagini à Speculo repercussa quis obvertitur. Q. E. D.

THEOREMA VI.



30. Si Speculum Planum ad Horizontem inclinetur sub Angulo 45. objectum ad Horizontem Perpendiculare, videbitur Horizonti Parallelum. Demonstratio. Sit BD (Fig. 8.) Planum Horizontale: CB Objectum ad Horizontem perpendiculare. AD, Speculum Inclinatum ad Horizontem sub Angulo 45. cum ducta Cathetos Incidentiæ puncti C, ita, ut CE, sit æquale EI, & Cathetos Incidentiæ puncti B, ita, ut BG, sit æquale GK, ut IK, Objecti CB imago. (§ 31.) Porro recta KI, utrique BC, connectitur in A, cui in Triangulo BGD, Angulus GBD, Semirectus & GDB, ex ter hoc ipso, quod G, sit Rectus (§ 20.) Ergo etiam ABG Semirectus: cum tot B, sit Rectus, à hypothesi. Sed ABG, æqualis GAK, (per Geom.) Jam in Triangulo AGB, & AGK, Latus AG, est utriusque Triangulo commune: Latus BG, æquale GK, ex hypothesi. Ergo Angulus G utrobique Rectus (§ 9.) ergo et Angulus GAK, æquatur etiam Angulo ADB, (per Geom.) Et hinc AK, in qua est Imago, parallela est, cum DB Linea Horizontali. Q. E. D.

THEOREMA VII.



31. Si Speculum Planum ad Horizontem inclinetur sub Angulo 45., objectum Horizonti parallelum apparebit Verticale, seu Perpendiculare. Demonstratio coincidit cum priore. Hinc, si in posito casu, Oculus sit humilior Speculo, parvimentum ad perpendiculum Rectum, si Oculus elatior Speculo, illud ad perpendiculum depressum apparet.

THEOREMA VIII.

32. Si objectum cum Speculo parallelum, æqualiter cum Oculo ab eo distet; longitudo Speculi, ex qua totum objectum reflectitur, est dimidia longitudinis objecti.

Demonstratio. Ponamus AB (Fig. 9.) esse Hominem de eodem spectantem, cujus Oculus in O, Planum Speculi sit in EF, ducatur huic plano parallela GH. eiusdem utilitis & magnitudinis, cuius est AB. in illa Imago Objecti (§ 24.) Itaque GOHO, referent Radios Reflexos, ex Homine retroductos puncti A & B (§ 31.) Demittatur jam Perpendiculum ex O, in Speculum OL. quod continuatur in I. cui quoque ad GH Perpendicularis, (per Geom.) Adeoque OL, altitudo Trianguli COD. & OI, altitudo Trianguli GOH. Inest autem Triangulis, ita se habet CD. ad LO, sicut GH, ad IO (per Geom.). Sive, quod idem est, ita se habet CD. ad GH, sicut LO, ad IO. Sed LO, est dimidium DIO (§ 33.) Ergo etiam CD, ut dimidium DGH, sive DAB, cui æquatur GH. Q. E. D.

THEOREMA IX.



33. In eodem Speculo, vel si etiam plura in eodem plano collocentur, objectum illi oppositum, tantum semel videtur. Demonstratio. Antequam hoc ostendatur, demonstrandum est, quod ad rudem trianum, ex eodem puncto, nisi rectæ, quam una Perpendiculares duci possint. Sit ipsa (Fig. 10.) ad lineam AB, ex puncto C, demissa Perpendicularis CD, quicunque, præter hanc, ex eodem puncto ducentur rectæ CG, CB, CA, debent in G & B, facere Angulum Rectum (per Geom.) Ergo non erunt Perpendiculares. Hoc, cum pariter ostendatur de aliis Rectis, ergo nulla nisi una componitur, consequens est, ad quodvis planum ex eodem puncto, unicam posse duci Perpendicularem.

Demonstratur tam ex prima, Si ad quæcunque Plana unica tantum duci potest ex eodem puncto Perpendicularis, tunc quotcunque sint in eodem plano Specula, in quibus punctum aliquod radiat, unica ut Cathetos Incidentiæ, (§ 29.) Sed omne punctum radians, videtur in Cathetos Incidentiæ (§ 31.) Ergo videtur tantum semel. Q. E. D.

THEOREMA X.



34. Si duo vel plura Specula jungantur sub quecunque Angulo ita, ut Oculo secundum convexitatem obvertantur, unica tantum videbitur Imago Objecti.

Demonstratio. Sit objectum in H (Fig. 11.) Oculus in O; ducatur ex H, ad Speculum unum AC, Perpendicularis GH, ita, ut HD, sit æquale DG. erit puncti H, Imago in G, quam Oculus videt per Radium Reflexum FO (§ 31.) Hoc idem aliam aliam ut teres esset videri in Speculo AC. (per Geometriam.) Sed nec in Speculo AB, quia à utrunque Radii ex H, in AB incidunt, non verso, sed oppositam in partem reflectuntur. Ergo in posito casu, unica tantum videtur H Imago. Quæ demonstratio, cum pariter procedat in omni situ tam Objecti, quam Oculi, ut tentanti est, certum est, in positis hypothesibus, unicam videri Imaginem Objecti. Q. E. D.

35. Contra vero, si duo Specula ita jungantur sub singulum, ut tam Oculus, quam objectum intra Angulum sit collocatum, videntur Imagines mire multiplicatæ. & quidem eo plures, quo minori sub Angulo Speculum conjungitur. Quam etiam monstrat, si à Angulum magis & magis contrahas, aut ad illum accedas, vel à Speculis tantisper recedas, donec Imagines ab uno & altero Speculo, prorsus Angulum repræsentent.

coalescant. Quæ imaginum monstra mirabiliora evadent, si Specula duo, sub Acuto Angulo, sibi conjuncta ita statuas, ut alter ex sit Horizonti Parallelum. (§. 41)

43. Sequitur itaque, ex allatis longè etiam amplius multiplicatum iri Imagines objectorum, si plura Specula per modum Prismatis, plurium præsertim laterum conjungantur. Mirum quoque, quanta Series Imaginum objecti inter duo Specula Parallela collocati, utrinque propagatur, adeò, ut hunc in finem longè præstet illa, quàm in Angulum quemlibet illa collocare. Quæ quidem demonstrari possunt multiplicationes omnes singillatim ex hactenus dictis.

CAPUT III.

De Theorematis Speculi Convexi.

THEOREMA I.

44. In omni Speculo Sphærico Catheto Incidentiæ DR, per centrum L transit.

Demonstratio. (Fig: 12) Sola illa linea est ad Peripheriam Circuli Perpendicularis, quæ per Centrum transit; nam sola illa cum Diametro in directum facere, adeoque cum Tangente, ad aliquod Peripheriæ punctum efficere potest Angulum Rectum (per Geom:) Sed Catheto Incidentiæ Speculo Sphærico, est ad Peripheriam Perpendicularis, (§. 39) etaque transit per Centr. Q. E. D.

Pariter demonstratur de Catheto Reflexionis & Inclinationis, adeoque ita tres Cathetos in centro concurrunt. Quod etiam de Speculis Concavis, eodem ex capite colligitur.



THEOREMA II.

45. In Speculo Convexo Radius Reflexus EM, concurrit cum Catheto Incidentiæ, inter Tangentem AB, & Centrum L. Demonstratio. Cathetus Incidentiæ & Reflexionis, sunt in plano Cathetos obliquationis, quod in puncto Incidentiæ Speculum tangit (§. 10) Proinde cum Catheto obliquationis FL, efficit Tangens AB (Fig: 12) Angulum Rectum in C. Radius vero Reflexus efficit Acutum Ui adeoque inter Tangentem & Cathetum obliquationis cadit. Sed Cathetus obliquationis in centro concurrit cum Catheto Incidentiæ (§. 44) Ergo Radius Reflexus inter Tangentem & centrum concurrere debet. Q. E. D. Pariter ostenditur Radium Incidentiæ, inter Tangentem & centr. concurrere cum Catheto Reflexionis.

THEOREMA III.

46. In Speculis Convexis videtur Imago Objecti, in concursu Catheti Incidentiæ & Radii Reflexi.

Demonstratio coincidit cum illa, quæ (§. 31.) de Speculis Planis est data.



THEOREMA IV.

47. In Speculo Sphærico Convexo, Imago puncti Speculo vicinioris, majori intervallo distat à centro Speculi, quàm puncti remotioris. Demonstr: Distantia Imaginis Speculo Sphærico indistat, ergo ipsa apparet inversa, ita, ut vertex centrum respiciat. Ergo in Sphæricis &c. Q. E. D.



Fig. 13.

THEOREMA V.

48. Imago objecti remotioris, minor est, quàm vicinioris in Speculo Convexo. Demonstratio: Sint objecta æquaria AB, & ab (Fig: 13) centrum Speculi C, ad quod ducantur rectæ, ex punctis extremis objecti, nempe ex remotiori AC, & BC: ex vicinioris autem: aC & bC, quæ sub majori Angulo divaricantur: ac proptera, objecta remotiora, prosis centrum videntur (§. 47) ubi nemo sub quocunque Angulo, ad se mutatis Cathetis, magis convergunt. Ergo Imago objecti remotioris, minor est, quàm vicinioris in Speculo Convexo. Q. E. D.



49. Corollarium. Accedentis itaque ad Speculum Convexum, Imago crescit; recedentis decrescit.

THEOREMA VI.

50. In Speculis Convexis Sphæricis, Imago semper est minor ipso objecto: erecta tamen.

Demonstratio. Ponamus (Fig: 12) Stylum AB, ita adhærere Speculo, ut illud in C tangat, Imago ejus videbitur, inter Cathetos Incidentiæ AL, & BL. (§. 45) Sequitur intra Tangentem (quæ hic coincidit cum Speculo) ac Speculi centr. (§. 45) Sed AL & BL centro vicinior, ac magis convergunt, ut patet. Ergo Imago objecti tangentis Speculum, minor videri, quam ipsum objectum, quod tamen minus distat, sed tamen videbitur erectum Speculo, adhuc minor ejus imago, quàm ipsum objectum. Q. E. D. Idem, quod in Speculis Planis (§. 48) demonstratum invenit in Speculis Convexis, minor est Imago objecto. Q. E. D. Pariter ad Demonstratio coincidit cum ea, quæ de Speculis Planis data est (§. 49)

THEOREMA VII.

51. In Speculis Convexis, quæ sunt minoris Sphæræ Segmentum, Imago minor est, quàm in illis, quæ sunt majoris Sphæræ Segmentum.

Demonstratio. Sint duo Circuli se tangentes in C. (Fig: 14) qui repræsentent diversas Sphæras Speculi: Quo ad illum superiorem

